Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

KW 83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae
Insignis certant patria de vatis Homeri.
Quotidie certant de religione ~~but~~ Socinus,
Arrius, Arminius, Calvinus, Roma, Lutherus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Ad Scripti

Magnifici & Clariſsimi viri D.

HUGONIS GROTII,

Illuſt. Hollandiæ Ordd. Fiſci Advocati

Partes priores duas,

In quibus tractat cauſam *Vorſtij* & *Remonſtrantiū*, ſive Paſtorum illorum qui ſequuntur ſententiam I. Arminii,

ANNOTATIONES

In gratiam Lectoris veritatis ſtudioſi conſcriptæ

à

IOHANNE BOGERMANNO

Eccleſiaſte Leovardiensi.

Addita eſt Sententia Clariſs. Theologi F. Iunii *de Synodis & Synodalibus judicijs, Magiſtratuſq; in talibus Iure atq; officio: deſumta ex diſputationibus ejus adverſus* Bellarminum.

Franekerae,

EXCUDEBAT

ROMBERTVS DOYEMA,

M DC XIV.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Philippus Melanchton in Epiſtolâ ad Legatum Pontificium in Colloquio Wormatienſi Anno 1450.

NEc deterremur illorum Sapientum judicijs, qui diſputant: ut in amicitijs quædam vitia amicorum ferenda ſunt: Ita eſſe in Eccleſiâ quædam errata diſſimulanda. Habent hæc præcepta ſuum locum, ſed non ubiq; valent. Regula Pauli tenenda eſt: Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema ſit. Doctrinæ & cultuum peccata non ſunt probanda.

Idem in Epiſtolâ ad Granvellanum.

SI condentur Novi Articuli flexiloqui, qui non funditus tollant controverſias, ſed tantum involvant, hi multò majores diſſipationes efficient, quia utraq; pars detorquebit eos ad confirmandas ſuas res & alij aliter interpretabuntur. Deniq; puerile eſt & indignum ſapientibus viris in Eccleſiâ, ſic ludere ambiguitatibus.

Idem in Epiſtolâ ad Georgium Principem Anhaltinum.

NEc deformitas eſt res eaſdem rectè expoſitas in Eccleſiâ repetere & ſæpè inculcare iiſdem verbis. Imò optandum eſſet ut ubiq; tota Doctrina prorſus iiſdem verbis propriè recitaretur. Ante annos viginti audivi Doctorem Hieronymum Schurff dicere, mutationem doctrinæ initio ex hac ambitione fuiſſe ortam, quod multi putârunt deforme eſſe, res eaſdem ſæpè repetere ideoq; novam doctrinam eos genuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Illuſtri & Generoſo Domino

GVLIELMO LVDOVICO,

COMITI à NASSAV &c:

Gubernatori Friſiæ, Groningæ, Omlandiarum &c.

NEC-NON

Ampliſſimis, Nobiliſſimis, Doctiſſimis ac Prudentiſſimis Dominis

D.D. ORDINVM FRISIAE DELEGATIS

ET

Supremæ *in Friſiâ* CVRIÆ *Senatoribus.*

Generoſe D. Comes, Viri Nobiliſſimi, Prudentiſſimi,

F*Ert conſuetudo ut honeſtæ piorum lucubrationes viris dignitate conſpicuis ut plurimũ nuncupētur. Cur ego mihi veſtrũ Illuſtre nomen ſ. legerim, dicã ubi de ratione & argumento ſuſcepti laboris quædam fuero præfatus.*

Cùm primùm rumor percrebuiſſet de ſcripto quodam Magnifici & Clariſſimi viri D. Hugonis Grotii, *quod eſſet ſub prælo & ad præſentem Eccleſiæ ſtatum pertineret, varia erat pro ſtudiorum diverſitate expectatio. Complures viri cordati ab homine ingenij & doctrinæ dotibus inſigniter ornato exſpectabant pium aliquod, ſapiens & moderatũ conſilium, quod ſi non ſopiẽdis, ſaltem, ſalvâ veritate, mitigãdis hiſce motibus eſſet accommodatum. Magni enim ingenij velut inſignia ſunt veracitas, prudentia & manſuetudo: qui exaſperationem metueret fateor me audiſſe neminẽ. Cùm verò ſcriptum hoc in lucem fuit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

editum curas & mærorem lectio ejus auxit in bonis quamplurimis. Multorum animos ſtupor invaſit & admiratio. Dolorem commovit, quod unguis *eſſet* in ulcere, *à quo remedium & levamen ſibi debebant polliceri. Admirationem effecit, quod tantā tam atrocium criminum copiam à membro Eccleſiæ non ignobili legerent congeſtam directè & nominatim in communis veritatis Doctorem publicum Clariſſ. D. Doctorē Sibrandū & obliquè in nos alioſq; Vorſtianæ impuritatis fidos indices: Et quia accuſatio erat à Viro docto, Politico & Iureconſulto verebantur ut eſſet de nihilo. Si ſilentio objecta crimina agnoſcerentur, videbāt id non fore abſq; publico probro & veritatis jacturâ: Si ſuſciperetur defenſio, poſſe eam eſſe infelicem in causâ primâ fronte dubiâ & fore conjunctam cum animorum magnorum inimicâ & periculosâ colliſione. De me; ingenuè fateor lecto D. Grotij ſcripto me vehementer animo fuiſſe perculſum. Neque enim memineram in Doct. Sibrandi illâ præfatione ſive Epiſtolâ quicquam extare quo tam diras accuſationes & exagitationes cōmeruiſſet; nec tamen propter Accuſatoris inſolentem confidentiam de Accuſati culpâ vel innocentiâ audebam quicquam (ut in lectoris animum judicia ſolent irrepere) apud me ſtatuere. Nec dubitabam, quin, ſi criminum intentatorum reus eſſet D. Sibrandus, & ſibi & veritatis profeſſioni maculam adſperſiſſet haud facilè delebilem. A nobis verò certò ſciebam nihil in Illuſtres Hollandiæ Ordines ſcriptum eſſe contumelioſè aut inſolenter. Legi itaq; & relegi præfationem illam, in quam Titulus & Argumentum libri D. Grotij præcipuè incurrunt; eaq; cum accuſationibus collatâ obſtupui. Liberè quædam in caſu magni periculi & doloris à Profeſſore Theologo dicta obſervabam; Crimina, quæ immoderatam iſtam intemperantiam D. Grotio potuerint extorquere eamve excuſare non offendi. Vidi inopiâ criminum etiam laudem culpæ datā & vitio. Ad imminens capitis periculum ſomnum vel duriter pulſando diſcutienti gratiam retuliſſet; de periculo animæ liberè & ſeriò monentem tam inclementer accepit, ac ſi aut ludus & jocus eſſet quod de animæ dicitur diſcrimine, aut in eo exiſtenti*

nec ſatis

nec ſatis attento aurem vellicare ſummũ eſset maleficium; eũve ſinere eſset benefacere. Facti motus indignitate continere me non potui quin Notis in lato libri margine adſcriptis accuſationum in causâ Vorſtianâ infirmitatem & accuſatorum innocentiam indicarem: partim ut privato dolori medicinã afferrem, partim ut inpromtu eſſet quo præcipiti quorundam judicio occurreretur & veritatis ſtudioſis deq; bono publico ſolicitis apud nos privatĩ ſatisfieret. Deinde progreſſus ſum ad partem ſcripti alteram, in quâ D. Grotius non ſatiatus acerbâ, quam in D. Sibrandum & alios ex Causâ Vorſtij ſtruxerat, accuſatione, totâ inſuper mole cauſæ Arminij & Remonſtrantium, quos vocat, id eſt, Paſtorum illorum qui ſentiũt cum Arminio, irruit in eundem D. Sibrandũ, acſi aut idem eſſent Remonſtrantes cum Vorſtio (quem ſibi hoſtẽ elegiſſe D. Sibrandum in ſcripti exordio ipſe D. Grotius fatetur) aut adeò jam ab omni honeſtate relictus eſſet D. Sibrandus, ut parcere ei, ubi id poſtularet æquitas, crimen eſſet. Sed neq; in hac parte multum apparebat roboris aut æquitatis. Omnia ſiquidem comparata ſunt ad obſcurãdas & excuſandas veritatis corruptelas. Quapropter etiam hîc quaſdam adjeci annotationes idq; in meum & amicorum quorundam privatum uſum: eo quod D. Sibrandus, ſi per D. Grotij importunitatẽ & officij conſcientiam liceret, tunc temporis videretur omninò hãc partẽ velle præterire aut parciùs attingere. Haſce Annotationes meas communicavi cum nonnullis viris præſtantibus & doctis in Eccleſiâ & Politiâ, amicis meis. Fatebantur illi ſe ijs ad perſpiciendam veritatẽ eſſe adjutos, nec ſe ajebant dubitare, quin, ſi publicarentur, idem accideret alijs, coq; hortabantur ut darem in publicum. Hæſi anceps, quod aliquâ parte deeſſe nollem Eccleſiæ, cui me & mea vovi omnia, & didiciſſem fieri hoc non poſſe abſq; invidiâ & offenſione, non quidem Illuſtrium Hollandiæ Ordinum, de quorum æquitate mihi ingenuè polliceor non laturos eos ægrè juſtam & æquam veritatis defenſionem, ſed eorum, quibus aut lentum otiũ eſt in delitijs, aut qui quod lubet loqui audent & ſcribere, ſed ut, quod æquum eſt, reſpondeatur ferre nequeunt. Conſtitui tandem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

aliorum fratrum & inprimis ipſius Doctoris Sibrandi judicium exquirere, ipſorumq; permittere arbitrio, ut, ſi Notas meas Eccleſiæ utiles & luce dignas judicarent, excudendas curarent: ſi ſupervacaneas, inutiles aut luce indignas, premerent. Placuit illis ut ederentur. Sic acquievi, commendans eventum & fructum Domino, quem animi & ſtudij ſinceri habeo teſtem.

Hæc de ratione ſuſcepti & publicati laboris volui præfari, ne quis me hoc, quantulumcumq; eſt, opellæ vel auſu temerario vel privato judicio in publicum extruſiſſe ſuſpicetur. Sæpe enim peccat ſemet uno qui utitur conſultore.

Scio *verò cum D. Melanthone (cujus hæc ſunt verba in Epiſtolâ de Colloquio Wormatienſi)* Hæc fruſtra dici iis, qui religiones judicãt fabuloſas eſſe & Eccleſiæ certamina tanquã facem diſſidiorum publicorum execrantur. Et hac ultimâ mundi ætate vedemus hanc Cylcopicam Philoſophiam latè vagari & multos habere applauſores. *Sed Cyrillus Alexandrinus Amicis & Imperatori exiſtimantibus ipſum rixis non neceſſarijs perturbare & diſtrahere Eccleſiam reſpondebat:* Privatas injurias muſſitandas: ſed ad veræ fidei corruptelas nequaquam tacendum: Intempeſtivi ſilentii Deo reddendã rationẽ: non diſſimulandam veritatis defenſionem: Silentium de gloriâ Dei peccatum eſſe longè graviſſimum.

Ad infirmiores quod attinet, pulchrè docet Auguſtinus non negligendum eſſe Chriſtum propter infirmum, cum infirmus diligendus ſit propter Chriſtum: *Danda potiùs eſt opera ut proficiant & firmiores evadant in Domino: muniendi ſunt ne ſeducantur; monendi ne quis prætextu infirmitatis ſuperbo carnis ſenſui (qui inimicitia eſt adverſus Deum) indulgeat cõtra ſplendorem divinæ veritatis cui ſubmiſsè decet aſſentiri, non autẽ* ἀνταποκρίνεσθαι. *i. contra reſpõſare. Deniq; & Eccleſiæ intereſt ut infirmi benè ſentiant de ſuis Doctoribus & Paſtoribus.*

Si cui fortè veniat in mentẽ me falcẽ mittere in meſſem alienã, aliosve doctiores temerè antecedere aut præcurrere, ei ſic velim ſatisfactum: Si Magnificus Dominus Grotius de cauſâ quadam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

privatâ & in alios non redundante cum Clariſſimo Theologo D. Sibrando diſceptaſſet, nihil mihi (utor verbis D. Grotij) in iſta arenâ fuiſſet negotii: *Quamvis enim* alios aliorum onera portare & vitam ipſam pro fratribus impendere *jubeat Spiritus S. quia tamē D. Sibrandus in vivis eſt & valet, meo non eget in ſuis patrocinio. Sed quando quod Doctori veritatis in causâ publicâ palam & falsò impingitur à plæriſque rapitur in veritatis detrimentum & in aliorum Dei ſervorum torquetur cōtumeliam: Vorſtiana etiam cauſa non ad ſolum D. Sibrandum ſed & ad nos attinet; & præterea lubitum eſt D. Grotio de communi veritatis & Eccleſiæ causâ proloqui in publico; Non poterit dari vitio, nec feret, opinor, indignè D. Grotius, ſi quiſpiam, qui inter veritatis candidatos nomen ſuum profitetur, maximè ſi ad eam docendam & pro menſurâ donationis divinæ defendendam ratione vocationis ſit obligatus, ſuas de hoc ſcripto D. Grotij meditationes cum Eccleſiâ communicet, præſertim ſi id fiat conſcio & ꝓbante ipſo D. Sibrando, cui potiſſimas in reſpondendo partes jure deferimus. Eſſe autem quamplurimos qui pleniùs, accuratiùs & concinniùs id præſtare poſſint & Deo corda ipſorum excitante citiùs aut ſeriùs præſtituri ſint, ſat ſcio & ſincerè credo. Interim ſuus etiam minoris magnitudinis ſtellulis in expanſo domus Dei locus eſt. Distribuit unicuiq; Spiritus ſua prout vult: omnia autem* εἰς τὸ συμφέρον, *id eſt, ad utilitatem 1. Cor. 12. Nec rarum aut inſolens eſt infirmiores bono Zelo p̄currere in ſtadio & vires ſuas experiri, ut pudore & periculo moti poſtea accurrāt robuſtiores.*

Maximi ſanè ſunt ponderis quæ D. Grotius ſibi ſumpſit pertractanda: Concernūt enim Dei gloriam, puræ Religionis & ſancti Ordinis atque tranquillitatis conſervationem in domo magni Patrisfamilias. Eſt Eccleſia ſponſa unigeniti & dilecti Dei Filij, corpus ejus carè emtum, redemtum, acquiſitum. Verſatur in medio candelabrorum teſtis ille fidus A & Ω primus & ultimus, Princeps Regum terræ, cujus oculi ſunt ut flamma ignis, pedes ſimiles chalcolybano, veluti in fornace ardentes, ex ore ejus prodit romphæa anceps & acuta, vox ejus

ut vox

ut vox multarum aquarum, facies ejus ut Sol cum lucet in vigore ſuo Apocal.cap.1. Qui cornu ſuum in populum Dei effert, fabrum inveniet qui illud dejiciat & confringat. Zachar. cap,1.

Vtinam verò D Grotius aut Clariſsimo Nomini ſuo pepercíſſet aut eam fidem & moderationem ad tanti momenti cauſā attuliſſet, quam ab ejus doctrinâ & Religione viri non de plebe (qui ſe in hac cauſâ alium antehac Grotium noviſſe opinabantur) exſpectabant! Quòd ne temerè à me hîc dictum videatur, operæ pretium me facturum arbitror ſi guſtum quendam argumenti in his annotationibus pertractati præbeā, ſumma quædam capita quantâ fieri poterit brevitate delibando.

In cauſâ Vorſtianâ contendit D. Grotius Doctorem Sibrandū in ſuâ nuper editâ præfatione Reverendiſsimo Archiepiſcopo Cātvarienſi inſcriptâ ſcripſiſſe de Illuſtribus Hollandiæ Ordinibus, quòd in Eccleſias Belgicas velint introducere blaſphemas hæreſes Socini & Serveti: quòd huic peſti alendæ manum porrigant: quòd hanc rem agant *non errore* ſed de induſtriâ, magna contentione & ſtudio. *Horrenda ſanè accuſatio, quam, ſi vel maximè in aliquem errorē quidam eſſent inducti, omnes tamen ſperamus nunquam fore veram, imò nec veriſimilem aut probabilem de tantæ auctoritatis Conſeſſu: Adeò illam itero eſſe horrendam, ut ſi D. Grotio probatio ejus manifeſta deſit non leviter Ordinum Hollandiæ illuſtre nomen hac ſuæ pietatis vindicandæ ratione videatur aut læſiſſe aut in læſionis periculum vocaſſe, ut qui exteris perſuaſerit eſſe in Belgio Clariſſ. Theologum alióſque viros pios qui tam malè de illorum Dominationibus ſentiant, loquantur & ſcribant: nos verò maculam à D. Grotio illorum nomini temerariâ tantæ accuſationis publicatione adſperſam ſincerâ (eáque à Grotij aſſertionibus vindicatâ & probatâ) negatione eluendo vel abſtergendo pietati & honori eorum longè rectiùs & quidem cautione neceſsariâ conſuluiſſe. Qui enim Illuſtrium virorum tetras accuſationes ſibi fingit eáſque temerè titulo Apologiæ divulgat facilè plus exiſtimationi illorum*

detraxerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

detraxerit quam adjecerit, idque propter humanam credulitatis in malo vel infirmitatem vel malitiam, quam interdum præſtat, ut colluviarium, intactam relinquere quam non neceſſario innocentiæ patrocinio movere aut irritare. Fama, licet alta metuat, carpit tamen.

Ad facti qualitatem quod attinet, affirmat D. Sibrādum Ordines Hollandiæ falsò accuſaſſe, petulanter laceſſiſſe, palam traduxiſſe, dominationes eſſe aſpernatū, Dignitatibus maledixiſſe, famam Ampliſſimi Conſeſſus vulneraſſe, ſummæ eum infamiæ objeciſſe, deníq; (*tædet enim referre omnia*) Ordines Hollandiæ eſſe calumniatum improbiſſimè & quidem odio tam obſtinato & improbo ut Vorſtium accusârit propter Ordines, non Ordines propter Vorſtium. *Probat prolixè Ordinum innocentiam. De pœnâ commeritâ concludens,* legem Rhemniam de calumniatoribus *veluti dormientem è ſomno exitat in D. Sibrandū & alios culpæ grandi affines. Potuiſſet addere* Legem Dei, *quæ maledictionē pronunciet in Parentibus & Principibus populi maledicentes. Hæc ſumma primariæ actionis D. Grotij, quam ſperamus ipſum deſerturum, ubi cognoverit nos (quod equidem ex ſummi Legiſlatoris præſcripto tenemur facere omnes) de illuſtri Ordinum Hollandiæ conſeſſu (licet ſint homines & errare poſſint atque decipi) reverenter &* εὐαρεστῶς τῷ Θεῷ *ſentire & loqui, atque ita Encomiis non dico Grotianis ſed multò ſanctioribus & novo homine dignioribus haud gravatè applaudere, quamvis iniquum iſtum pietatis ipſorum aſſerendæ modum probare non poſſimus, nec, opinor, debeamus: neque* eo venire oportet dementiæ ut, *quod ait Seneca,* malignus ſit, qui parcè adulatur; aut offendiſſe judicetur, qui admonuit *& quidem de tanto periculo, ubi quiſpiam perjurijs & fucatis confeſſionibus deceptus peſtilentem hæreticum per errorem promoveat, exiſtimans ſe & Rempub. & Eccleſiam* moderato *exornare Theologo.*

Contra harum accuſationum cumulos (quos ſuâ mole ruituros facilè cogitârint prudentes) non ſumo mihi aliquam facti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

defenſionem vel excuſationem, ſed verſor in facti negatione. Nego, inquam, D. Sibrandum horrenda iſta crimina Ordinibus Hollandiæ intentaſſe, & requiro probationem, quam in tam atroci accuſatione (fatente D. Grotio) luce mendianâ oportuit eſſe clariorem. Provoco ad textum D. Sibrandi quem ipſe D. Grotius citat probationis loco. Scripſit iſta D. Sibrandus de Quibuſdam (cujus aſſertionis veritatem compluribus editis ſcriptis confirmavit) nequaquā verò de Ordinibus Hollandiæ. Diſtinctè locutus eſt (vel ipſo fatente D. Grotio) de iſtis Quibuſdam & Ordinibus Hollandiæ. Ordines ubi nominat, liberè ſibi fatetur diſplicere, quod hominem vafrum & ex omnis generis eluſoriarum æquivocationū & diſtinctionum tricis & involucris veluti conflatum, in ſcriptis editis varijſque Apologiis auditū & à maximi nominis viris in Eccleſia & Politiâ omnibus ſuis coloribus depictum in Ampliſſimo ſuo Conſeſſu (non præſentibus, qui de hominis præſtigiis accuratius potuiſſent judicare, Theologis) audiverint perorantē & juramentis ſe de hæreſibus objectis & probatis purgantem: Et quod hoc iis, apud quos dixit, videatur ſatis eſſe. Idq; eo probat, quod Oratio iſta non quidē permiſſu aut conſenſu ſed IVSSV Illuſtriū Hollandiæ Ordinum in linguam Belgicam & Latinam præpropere ſit converſa (ut nudè & ſimpliciter legitur in præfixâ ad lectorem præfatiunculâ) edita omniúmque oculis ſubjecta; quæ verba, quod factum, cujus animo non iſtam injiciat ſuſpitionem; videri ſaltem Illuſtribus Hollandiæ Ordinibus fuiſſe ſatisfactum? Atq; utinam nulli videatur ſatisfeciſſe! Quid tali nuncio gratius D. Sibrando potuiſſet accidere? Verùm cùm hæc non dicantur ad probandum de Ordinibus ſtudium introducendi hæreſes Socini & Serveti, ſed ad monendum Ordines de Oratoris iſtius levitate & credulitatis periculo, neu credant hominem ſe juramentis de Sociniſmo purgaſſe: Aut patiantur Spiritum iſtum deceptorem ſine fine & modo Deum & homines ludere, Eccleſias inquietare &c. Nihil profectò iſta omnia ad ſuperiores iſtas D. Grotij accuſationes attinere & præterea ex lege

charitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

charitatis & candoris, quam paſsim ipſe D. Grotius (ſciunt, *ſcilicet*, Athenienſes quod rectum eſt, ſed ipſi non faciunt.) *inculcat, benigniùs accipi debuiſſe obiter oſtendo. Cúmque appareat probatione tam tetræ & præfidentis Accuſationis D. Grotiũ deficere, Lectori judicandũ relinquo an non potiùs D. Sibrandũ & alios, quos culpæ facit ſocios, videatur calũniatus apertè.* Calumniari enim videtur, qui intentionem ſuam non probat, *ut obſervant Iuriſperiti.*

Etiamſi verò D. Grotius poſthac novis probationibus cauſam obtineret eandemve & non mutatã Accuſationis theſin ἀναντιῤῥήτως *demonſtraret [quod eum unquam facturum mihi equidẽ non perſuadeo, neque novo conatu vires ipſum hîc ſuas denuò periclitaturum ſpero] in primâ tamen hâc câque tam probroſâ & æſtuoſà contentione multum aberraſſe convincetur. Pietatem Illuſtribus Hollandiæ Ordinibus quis pius invideat? Quis, niſi impius, non oret Deum toto pectore ut quantâ præpollent Authoritate tantâ etiam pietate præluceant eámque impiorum Doctorum & Eccleſiæ perturbatorum juſtâ coërcitione apud omnium piorum animos veluti novo eóque optatiſsimo indicio relinquant teſtatiſsimam? Sed non eſt ea* pietatis illorum pietas *ut egeat aut debeat probari aut prædicari cum iniquâ D. Sibrandi aliorúmve piorum læſione. Nec is, confido, piorum Hollandiæ Ordinum affectus eſt, ut id velint aut probent. Non decorè quæritur gloria cum amici infamiâ.* Sapienti *enim* viro, *inquit Tacitus*, non fuerit decorum unde amico infamiam parat inde gloriam ſibi recipere. Et: Qui merentur laudari, patientiùs plærumq; ferunt admonitiones & reprehenſiones; *Plinianũ eſt. Quòd ſi in mentem veniſset D. Grotio, & Oratori & Hiſtorico, non tam graviter exarſiſset ad libera quædam (qualia maximi periculi metus & corrupti ſeculi mores videbantur poſtulare) Doctoris Sibrandi monita, in quibus ſi modum D. Grotio viſus fuiſſet excedere, potuiſset ea D. Sibrandus, ſi opus, mitigare aut corrigere, exoptato, ſcilicet, nũcio recreatus aut ut ſperaret lætiora à D. Grotio amicè & fraternè admonitus, non autem tantâ*

tam crudarum criminationum & amarulentorum ſarcaſmorum acie petitus & irritatus. Et ſi charitatis hoc officium à D. Grotio impetrare non potuiſſet D. Sibrandi ætas, *at* veracitatis *ſaltem curam exorare debuiſſet ipſa D. Grotij* conſcientia, *in quâ, ut filo ſerico, nodus facilè ſtringitur difficulter ſolvitur:* moderationem *verò obtinere debuiſſent merita D. Sibrandi in Eccleſiam &* cauſa, *pro quâ cum multorum offenſione indefeſſè propugnat:* Qui malum latens priores vident, frangunt: & pro indicio non malam ſed bonam promerentur gratiam. *Quòd ſi ne* cauſę *quidem reſpectus quicquam potuit ad comprimendum violentum hunc D. Grotij impetum, jam videat quomodò non in diſcrimen aliquod adduxerit ſuam exiſtimationē, cum cæcutiēs & lenior appareat in Vorſtium & Arminium ejúſque ſectatores, & non tantùm Argus adeóque ferox & durus in D. Sibrandum: ſibi igitur ipſi eſt quod adſcribat, ſi cui videatur volūtatis inclinatione magis in illorum quam hujus cauſam propendere. Enimverò tutiùs & decentiùs donamus aliquid Perſonæ propter doctrinā ejus veram quam amamus, quam doctrinæ falſæ propter perſonas. Et profectò non injuria mirari ſubeat quomodò tanta intēperantia potuerit cadere in hominē Politicū, cui ego jam nil niſi moderatū putabā ſapere atque adeò ipsā moderationē in ipſius cerebro, velut in ſede propriâ, conquieſcere. Nimirū, ſic homines ſumus:* Facile ægrotis conſilia dam⁹ &c. nec videmus manticā, quæ in tergo. *Sequitur Argumentū Annotationū in partē alterā, in qua D. Grotius cauſam agit Arminij & Remonſtrantiū. Hîc primò, ubi D. Grotius totus eſt in obſcurandâ & excuſandâ ſententiâ iſta erroneâ ego involucris & integumentis D. Grotij eā, ubi res poſtulat, pro modulo virīū ex ipſis illorū publicis ſcriptis evolvo & Semipelagianiſmo olī dānato, Salutē de putri volūtatis humanæ filo ſuſpendēti, Dei gloriā carpenti, gratiā homini ad ſalutē neceſſariam abneganti, anchoræ animarū (Spei gloriæ)* ἀσφάλειαν καὶ βεβαιότητα, *Sancta itē filiorū Dei gloriationis & lætitiæ ſolatia enervanti, denique Charybdis inſtar* (Secundum D. Grotium) *metuendo non*

multum

multùm diſsimilem eſſe demonſtro: quemadmodum etiam Clariſsimus & Reverendus Senex David Paræus Theologus Palatinus in ſuis nuper editis contra Bellarminum diſputationibus hos novos Prophetas, qui prætextu moderationis Theologiæ ſuis de gratia Reſiſtibili argutiis Eccleſias Belgicas perturbant, è Schola Cœleſtij Pelagiani ait eſſe egreſſos: & Doctiſsimus D. Thyſius in Gymnaſio Hardroviceno Theologiæ Profeſſor in ſcriptis recens publicatis affirmat novitiã illam & nuperam ſententiam aut eandem eſſe cum Semipelagianiſmo aut ſanè non multum diverſam erroremque veterem recoquere. Deinde ubi D. Grotius magnâ contentione declamat ſententiam Remonſtrantium cum Arminio (ut ait D. Grotius) ſentientium in Doctoribus & Paſtoribus Eccleſiarũ Belgicarum eſſe publicâ authoritate tolerandam ſive à latere veritatis ſtabiliendam; Ego commonſtratis variis Tolerantiæ conditionibus ſive reſpectibus indico illos ſic ſeſe potuiſſe aut poſſe gerere ut nemo facilè quietem ipſorum turbârit: ſed quia ipſi ſuis explicationibus nos docuerunt ſenſum & fimbrias iſtorum quinq; articulorum multò latius ſe diffundere quam quiſquam unquam cogitaſſet, profectò niſi hîc legitimo judicio cautè caveatur & ſi porro pergant ſequi iſtam rationem orthodoxo conſenſui publicè contradicendi, veritatem oppugnandi, denigrandi, traducendi ſuoſq; errores omni aſtu & arte diſſeminandi & ad Miniſterium poſteritatis tranſmittendi, hæreſes aliorum aut (ut factum in Colloquio Delfenſi) diſsimulandi, aut etiam (quod à Clariſs. D. Sibrando & R. Paſtoribus Eccleſiæ Dordracenæ ex ſcriptis editis probatum eſt de Bertio & Venatore) fovendi & propagandi, videre omnes bonos non poſſe non talem Tolerantiæ conditionem Deo eſſe ignominioſam & paci Eccleſiæ præſentis & futuræ ipſiq; veritati valde noxiam & ſcandali aliorúmque incommodorum plenã: quod præſentis temporis experientia adeò manifeſtè evincit ut de futuro facile ſit colligere. Præterea ad argumenta à D. Grotio in medium allata reſpondeo. Deſumpſit ea non è ſacris literis ſed ab exemplo quorundam Patrum & recentiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Doctorum præſertim P. Melanchtonis: ab exemplo Germaniæ: judicio (pudet referre) Pontificis Romani: exemplo Eccleſiæ Anglicanæ & denique ab ipſius Eccleſiæ Belgicæ conditione. Ad Patrum, inprimis Chryſoſtomi, exempla verbis clariſsimorum Theologorum reſpondeo, Patres quoſdam, præſertim Græcos & vel è Scholis Philoſophorum egreſſos ac converſos, vel cum iis diſputantes, vel etiam illorum cachinnos metuentes incautiùs interdũ eſſe philoſophatos, aliamq; eſſe rationẽ eorũ patrũ, qui ante, aliã eorũ qui poſt exortã & damnatã Pelagij hæreſin ſcripſerunt; multóſque eſſe variorũ Patrũ, etiam Chryſoſtomi, errores, quos in præſenti Luce & Eccleſiarũ Belgicarũ ſtatu ne ipſe quidẽ D. Grotius cenſeat tolerandos. Ad objectũ Melanchtonis exemplũ reſpondeo illum fuiſſe orthodoxum aut hæſitabundũ, nequaquã autem ſententiæ orthodoxæ adverſarium; idque ipſius Melanchtonis variis ſcriptis apertáque confeſſione & variorum præſtantium Theologorum judiciis confirmo. Ad Confeſſionem Auguſtanam & hodiernos omnes (in hiſce articulis) pſeudo-Lutheranos quod attinet in genere, dico diſcrimen eſſe inter dictam confeſſionem, ipſos pſeudo-Lutheranos & Arminij ſententiæ ſectatores, & ſi vel maximè utrorúmque eſſet una & eadem ſententia, non decere nos malo languoris & ingratitudinis exemplo regredi & ab orthodoxo conſenſu recedere, ubi conſtat orthodoxos Germaniæ Principes omni vel oblatâ vel captatâ occaſione ad introducendam orthodoxiam pro virili progredi: quin potius eorum laudabili exemplo nos æquum eſſet admoneri, ut ſi erratũ eſſet hactenus apud nos, de abjiciendis & corrigendis erroribus ſeriò nunc cogitaremus. Antichriſti Romani exemplum & judicium repudio, quamvis anguſtum ſit & ex concilio Tridentino conſtet ad omnes hos articulos extendi neutiquam poſſe. Quæ ſit Eccleſiæ Anglicanæ confeſſio dico D. Grotium, ſi voluiſſet, potuiſſe cognoſcere ex Regiâ Declaratione & ſcriptis utiliſſimis Cl. D. Thyſii Sacrarum Literarum Hardrovici Profeſſoris nuper editis, quibus conſenſum Eccleſiæ Anglicanæ & Belgicæ manifeſtè probavit. In Eccleſiâ verò Belgicâ publici in

orthodoxiâ

orthodoxiâ conſenſus Lucem à nebulis narrationis Grotianæ obiter vindico. Quibus omnibus abſq; præjudicio expenſis liquidò apparebit D. Grotium, quod in hac ſui ſcripti parte probandum ſuſceperat, nullo ſolido argumento confirmaſſe.

Hæc ſunt præcipua, quæ in his Annotationibus diſcutiuntur. In parte priore fui brevior eo quod cauſa Vorſtiana nobis cum D. Sibrando ſit communis nec abſtruſa ibi amplius ſit innocentiæ noſtræ cognitio. In poſteriore fui prolixior, quod cauſæ conditio id videretur poſtulare. In utraq; textum D. Grotij curavimus excudi in gratiam lectoris, ut commodiùs poſſit ferre judicium, factâ textus & annotationum collatione, neve quis verba D. Grotij mutata, depravata aut Lucis formidine omiſſa ſuſpicetur.

In parte operis reliquâ totâ peracerbâ & ad invidiam quæſitâ prolixitate diſputat D. Grotius de Iure Magiſtratus in Eccleſiaſticis & Ordine in Eccleſiis Belgicis ſancito vel ſanciendo. Hîc demum virum iſtum in artis oratoriæ (quâ datoris gloriæ, Crucis præconio, Eccleſiæq; ædificationi non deſtructioni debuiſſet commodare) infælicem abuſum Laxiſsimis habenis effundi videas. Teſtor coram Deo me hæc non legiſſe ſine horrore animi & dolore acerrimo, vicèque hominis ſibi iram altiſsimi nulla neceſsitate coactũ Theſauri ſantis dolui intimè: quid aliis Dei ſervis acciderit novit ille ad cujus Thronum precum & ſuſpiriorum Thymiamata deferuntur. Præſentem Eccleſiarum Belgicarum (quin & aliarum, quæ eodem utuntur) ordinem velut utróque complexus brachio agitat, concutit, & tanquam proſtratum ſibi videtur exultabundus calcare: totumq; adeo corpus ſervorum Chriſti (inter quos ſunt viri quam plurimi doctrinâ, pietate, ſpectatâ virtute, generis etiam nobilitate & ampliſsimis honoribus conſpicui) qui in Presbyteriis (quæ contumelioſâ illâ aculeatarum facetiarum ὑπερβολῇ potiſsimũ eſt inſectatus) Claſsibus & Synodis pro gratiæ conceſſæ modulo & quidẽ cum ſuaviſsimo per orbem Chriſtianũ notæ ac dilaudatæ benedictionis ſenſu Eccleſiis colligendis ædificandiſq; hactenus incubuerunt, atq; etiã-

num

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

num quâ poſſunt fide & diligentiâ incumbunt, videtur voluiſſe ἐκθεατρίζειν ϗ παραδειγματίζειν, velut in theatro productum ignominiæ palam exponere. *Hoc laborum & moleſtiarum præmio donamur omnes à D. Grotio. Quot refractarios admonitionum & correptionum Eccleſiaſticarum contemtores in ſinu putemus gaudere & ſuis in Domino* ἡγουμένοις *petulanter inſultare? Sed iſthæc omnia perſequi in animum non induxi cum D. Sibrandus ea tanquam* τὸ ἔργον *non tantum ſuæ præfationi defendendæ ſed communi etiam Eccleſiarum honori vindicando ſibi ſumſerit examinanda in iiſque ſtudio & fide ſingulari elaboret. Tantum addidi ſententiam Clariſſ. Theologi Franciſci Iunÿ de quæſtionibus quibuſdã ad Synodos & Synodalia judicia pertinentibus, ut D. Grotius habeat quod expendat & cum ſuo ſcripto conferat, interim dum D. Sibrandi Apologia exſpectatur. Repudiare Theologi iſtius judicium quâ fronte poſſit* D. Grotius *cum paginâ ſui ſcripti 60. ſcribat:* Ordines Hollandiæ ſentiunt cum Franciſco Iunio Academiæ quondam ſuæ Profeſſore? *Dignus ſaltem eſt qui poſt mortem audiatur in Eccleſiâ Belgicâ, cujus, dum vixit, decus & ornamentũ extitit inſigne ut magno ſuo merito apud omnes doctos & orthodoxos pulchrum hunc titulũ valeat ſuſtinere, quod ſit* INSIGNE LVMEN ECCLESIAE NOSTRAE.

Has annotationes in commune confero & Eccleſiæ omniumvè, qui de his judicare poſſunt, judicio animo oppidò lubenti ſubjicio. Studui ſervire Deo & Eccleſiæ pro ratione vocationis tuendo veritatem (quæ teſte Tertuliano nihil niſi abſcondi erubeſcit) *ſecundum menſurã gratiæ hoc tempore mihi à Domino conceſſæ idq́ue eâ, quâ par eſt & quã ipſius veritatis poſtulat divinitas, utilitas, jucunditas, libertate; nec datur ea crimini apud bonos. Lædere D. Grotiũ nec oportuit nec opus fuit. Non oportuit, nã qui Lædẽdo vincit,* νενίκηκεν, ἀλλὰ κακὴν νίκην ϗ ὄλεθρον φέρουσαν τῷ νικήσαντι. I. Vicit quidem ſed malâ & victori pernitioſâ victoriâ. ϗ μὴ δυνατὸν πῦρ πυρὶ σβέννυσθαι — οὐδὲ θυμὸν ἑτέρῳ θυμῷ καταπραΰνεσθαι. I. ſicut ignis non poteſt igne extingui, ita nec

furor

furor furore poteſt demulceri; ὀυδὲν ἐπιεικείας σφοδρότερον, i. nihil æquitate ſeu manſuetudine violentius. *teſte Chryſoſtomo in Gen. homiliâ 58. & Mat. homil. 85. Non fuit opus; Iudicabunt enim alij annon præter bonos quamplurimos D. Grotius ſeipſum læſerit ut quam maximè, adeo ut læſionum ſit plus ſatis & dolendum virum iſtum ingenio & operâ in hac palæſtrâ tam eſſe abuſum inhumaniter. Si tamen injuriam ipſi à me factam cognovero, culpam fatebor ingenuè. Scio hanc eſſe vel optimi cujúſque infirmitatem ut facilè peccat i aliquid portet etiã juſta & neceſſarià purgatio. Minimum peccabit cui ſemper ante oculos verſantur cauſæ, quam præ manibus habet, ſanctitas &* æſtus Zelotypiæ divinæ erga Sion & Ieruſalem, civitatem veritatis & montem ſanctitatis Zachar. 8. *cui ſcopus eſt gloria Dei & Eccleſiæ ædificatio per conſervationem veritatis & puri Dei cultus, quiq; ut hũc ſcopum aſſequatur cum humili infirmitatis ſuæ agnitione pijs precibus aſſiduò incũbit & boni ſanctíque Spiritus Dei gubernationẽ poſtulat. Si viciſsim D. Grotius ad Lapidẽ Angularem comperiatur offendiſſe, Deum rogo ut eum clementer ſanet & inſtauret, mentemque ejus aliò inclinet ubi operam collocare poſsit & ſibi honeſtius & Reipub. utilius; quicquid autem conetur, prius ut cogitet quid moliatur, quâ viâ, quò proveniat.*

In veſtro verò Illuſtri & Clariſſimo Nomine, Illuſtris & Generoſe D. Comes, Domini Ampliſsimi, Nobiliſsimi, Prudentiſsimi, haſce meas meditationes duxi publicandas, ut hanc verè divinam & ſolidam laudem vobis publicè gratularer, quod in conſervãdo & tuendo pretioſo illo depoſito veri & puri Dei cultus (qui eſt inſtar communis fundi à Patre cœleſti nobis relicti, ſanguine filij ejus unigeniti acquiſiti & obſignati, omníſque ſalutis, etiam teſte apud nos temporis præteriti dulciſsimâ experientiâ, feraciſsimi) & procurandâ Eccleſiarum tranquillitate exemplo ſanè ad poſteritatem laudabili hactenus animo invicto & excelſo præiveritis: Hanc laudem ampliſsimã Vobis & Veſtris ſucceſſoribus illibatam ac perpetuam faxit ille omnis benedicti-

onis fons unicus & inexhauſtus, qui ſe honorantibus ampliſsima temporalis & æterni honoris præmia promiſit: utque ad eandem laudem conſervandã atque augendã aſsiduò et ὁμοθυμαδὸν concorditer *porrò incũbatis per multiplices illas Dei miſerationes in Filio ejus æterno & unigenito I. Chriſto* θεανθρώπῳ *unico & perfectiſsimo Servatore nobis exhibitas etiam atque etiam vos oro & obteſtor, ſuggerens illud aureum præceptum:* Quærite primum Regnum Dei & juſtitiam ejus & cætera vobis adjicientur. *Deinde etiam ea eſt veſtræ vocationis ratio, ea veſtra peritia, æquitas & prudentia ut de hominis Politici Accuſationum & Probationum momentis integrè incorruptéque poſsitis judicare, ut etiã hac de causâ has pro veritate diſceptationes vobis jure offeram ponderandas & examinandas.*

Deniq; & debitam, quâ Illuſtres & digniſsimos veſtros Conſeſſus in Domino perofficiosè colo, obſervantiã affectu ſyncero teſtatam facere volui, ſimúlque cauſæ ſanctæ bonitatem iiſdẽ magis magiſque probare & commendare: Confidens vos ſtudiũ hoc meum ſerenâ fronte accepturos, ut honeſtus & pro veritate ſuſceptus labor in veſtræ benevolentiæ ſinu adverſus omnem invidiam conquieſcat.

Quod ſupereſt, Deum ardenter & demiſſè oro ut Spiritu ſuo Sancto omnia veſtra conſilia omnéſque veſtras actiones gratioſè gubernet, & omni benedictionum genere cumulatè vos beet: nec patiatur Eccleſiæ ſuæ virginitatem violari, ſed puræ Religionis beneficium ſartum tectúmque in Eccleſiis Belgicis conſervet, omne pſeudo-prophetiarum venenum ab iis arceat, exoptatam iis tranquillitatem reſtituat, faciátque eas indies augeſcere & abundare in fide, ſpe, charitate, patientiâ, omniq; bono opere, donec omnes domum ducti & Sponſo noſtro Dilecto aduniti in paradiſo cæleſti triumphemus in gaudio, quiete & gloriâ æterna: Amen. *Leovardiæ prid. Id. Febr. anni Incarnationis Filij Dei* CIↃ DC XIV.

V.V. D.D.

in Domino obſervantiſſ.

I. Bogermannus.

PHILIPP' MELANCHTON
tom. 4. Op. 534. in Act. Ratiſpon.

PRAECIPUA reverentia poſt Deum & verbum Dei debetur ECCLESIAE, quam Deus adeò dilexit, ut Filium unigenitum pro eâ victimam eſſe voluerit, quam donat ſpiritu S. in quâ celebrari vult in vitâ æterna. Eſt igitur pietas diligenter & grato pectore omnia dona, quibus ornata eſt, colligere, & conſiderare, quam mirabiliter eam inde uſque ab initio Deus rexerit; habet Filium Dei ſalvatorem, Euangelium, Spiritum ſanctum gubernatorē, habet Miniſteriùm, per Patres, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos propagatum. Habet paſtores & Ius vocandi Miniſtros ad propagationem & conſervationem Euãgelij, habet dona excellentia, intellectum & interpretationem doctrinæ divinitus traditæ, quæ eſt ſapientia arcana, aliena à judicio rationis, de Dei voluntate, ſicut dicitur Epheſ. 4. Dedit alios Apoſtolos &c. Habet & adminiſtrationem Sacramentorum, & ſuam quandam IURISDICTIONEM & ſua IUDICIA. Sed ſemper tenenda eſt regula: Majorem eſſe autoritatem verbi divini nobis propoſiti in ſcripturis Propheticis & Apoſtolicis, quam ullius hominis, ullorum Epiſcoporum, ullarum Synodorum, aut totius Eccleſiæ. Agnoſcimus autem hãc triplicem autoritatem competere veræ Eccleſiæ:

Primam teſtificandi de Scripturis Apoſtolicis ſeu diſcernendi Apoſtolorum ſcripta à ſuppoſititijs &c.

Secundò tribuenda eſt autoritas veræ Eccleſiæ, quod penes eam eſt verus intellectus ſeu interpretatio Scripturæ. Retinet enim fundamentum & habet donum interpretationis, ut Paulus inquit: Sed aliâs in pluribus, aliâs in paucioribus, aliâs puriùs, aliâs impuriùs. Cum *Samoſatenus* FURENS nollet *verbum* Ioan. 1. de Perſonâ interpretari, cõvenerunt vicini & oſtenderunt ex ipsâ narratione Iohan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

nis & alijs locis *Verbum* intelligendum eſſe de Perſonâ, & ſimul teſtati ſunt hanc fuiſſe ſententiam Catholicæ Eccleſiæ traditam inde uſque ab Apoſtolis. Cum *Pelagius* ſparſiſſet opiniones Philoſophicas de juſtitiâ legis & ex *Origenis* ſcriptis alioqui MAXIMA pars hominum ſimiles opiniones hauſiſſet, accendit Deus *Auguſtini* pectus, ut errorem videret & confutaret, ac monſtraret doctrinam de *gratiâ &c.* Illud autem affirmari non poteſt, hunc verum intellectum & donum interpretationis eſſe penes impiam multitudinem, quamvis & hęc ſit in externâ ſocietate Eccleſię. Multò minus tribuitur hoc donum profanis, & ijs quos oportuit eſſe propter nota crimina excommunicatos. Sed intellectus verus & donum interpretationis ad pios pertinet, ſicut dicitur: Animalis homo non percipit ea, quę ſunt ſpiritus Dei.

Tertio tribuenda eſt Eccleſiæ autoritas conſtituendi *judicia de doctrinâ.* Imò *mandatum* divinum eſt, ut *Eccleſiæ* exorientes controverſias *cognoſcant & pronuncient* juxta verbum Dei rectè intellectũ, ut ait Paulus: ſi quis aliud Euangelium docebit, Anathema ſit.— Cum igitur pronunciatur juxta verbum Dei rectè intellectum, neceſſe eſt omnes parere, ſicut rectè pronunciârunt piæ ſynodi de multis cõtroverſiis.

Idem in quæſt. VViteberg. 105.

Nunc Papa & Epiſcopi ei addicti defendunt manifeſta idola & blaſphemias. Ergò neceſſariò debent Reges & cęteri Magiſtratus politici hæc mala tollere. Et ut *ordo* ſervetur, juxta illud: Dic Eccleſię, primùm ipſi has controverſias offerant Eccleſiæ. Hoc revera eſt ſynodos convocare, proponere piis & doctis paſtoribus *dijudicationem* controverſiarum, & petere ut ipſi rectè doceant homines. Conſtituto autem doctrinæ conſenſu, poſtea Reges tollant externa idola & prohibeant blaſphemias. Quia Magiſtratus

cuſtos

cuſtos eſt totius legis in externâ diſciplina, non tantũ ſecundę tabulę.

Idem in off. Cic. C. 4. b.

Magiſtratus politicus *ſolus* non eſt judex, ſed *ſit pars Eccleſiæ, & cum eâ* judicet, controverſiâ rectè inquiſitâ, & conſideratis fontibus & *judicijs* rectè docentium in Eccleſiâ, non ſit Tyrannus procedens ſine legitimâ cognitione, non ſit Midas, qui habet aures aſininas, id eſt vel nihil intelligens, vel avidus calumniarum, vel ſtultè credens quibuſlibet fabellis, vel faſcinatus uſitatis erroribus.

Poſtquam autem controverſia ritè cognita & audita eſt, & IUDICATA PER ECCLESIAM, ſingula membra Eccleſiæ debent facere quæ ſunt proprij officij: Paterfamilias Domo ejiciat filium blaſphemum, Dominus ſervum, ut Paulus inquit 1. Cor. 5. Ne ſit familiaritas cum idolatris. Sic & magiſtratus blaſphemum vel hæreticum vel ejiciat civitate, vel interficiat pro atrocitate ſceleris. Ac prorſus congruit ſimilitudo de Patrefamilias in œconomia, & de Magiſtratu in Politia. Quia magiſtratus debet eſſe membrum Eccleſiæ, ſicut quilibet Paterfamilias ſuo loco.

Idem Tom. 4. Declam. 12.

Si quis hoc dictum Chriſti: *ſinite creſcere Zizania* &c: eò detorquet ut & doctores & Magiſtratus concedant omnibus licentiam fingendi & ſpargendi quaſcunque opiniones, hujus amentia perſpicuè refutatur multis præceptis. Si quis aliud Euangelium docet, anathema ſit. Item refutato eos ἀποτόμως, ut diſcant in fide ſani eſſe. Et ad Corint. expreſsè præcipitur de excommunicatione. Faciant igitur doctores ea quę ſunt officij ſui, quibus etiamſi opem ferent Magiſtratus ſuo loco, tamen latè vagantur errores: Et tamen rariſſimi Magiſtratus ſunt, qui afficiantur curâ veritatis, gloriæ Dei & ſuæ ſalutis. Conſolationem igitur tradit Filius Dei cum ait: ſinite utraque creſcere, id eſt,

non deſerite Eccleſiam, non abjicite munus rectè docendi, etiamſi Diabolus ſemina errorum ſparget, quæ non poterũnt humanâ diligentiâ tolli omnia: Erit aliqua vera Eccleſia Dei, etiamſi magnæ confuſiones ſemper fuerũt, ſunt & erunt generis humani. Inter hos fluctus tamen cymbã ſuam Filius Dei ſervabit.

Hac conſolatione certè nunc quoque nobis opus eſt. Nam pij intuentes tantam impiorum multitudinem & inter hos, qui nomen Eccleſię habent tam varias dilacerationes, magno cum dolore quærunt, ubi ſit Eccleſia Dei, quã Pſalmus inquit formoſiſſimam eſſe, cum ait: Concupiſcet Rex pulchritudinem tuam, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus & adorabis eum. Quid eſt autem deformius dilaceratione Eccleſiæ hujus temporis! ſed referamus mentes atq; oculos ad ſymbolum, in quo dicimus. Credo eſſe Eccleſiam Catholicam; & ad dicta divina: Erit ſicut in diebus Nohæ &c: Et cum certum ſit hanc eſſe veram Dei Eccleſiam, in quâ vox Euangelij ſonat incorrupta, huic nos adjungamus & maneamus in ea conſtantes & firmi cives & conjunctionem tueamur.

Hæc monet illa Chriſti concio de Zizanijs, quæ prohibet Doctores aliena à ſuo officio facere, vetat etiam deſeri Eccleſiam propter illa triſtia ſpectacula diſſenſionũ, odiorum & calumniarum. Interea faciat pius & vigilans Magiſtratus ea, quę ſunt ſui officij, quia profectò in *magno et horribili* errore ſunt, qui æternam legem Dei ſic putant extinctam eſſe, ut lex ſpartana de nummo ferreo mortua eſt. Vult Deus blaſphemias & perjuria ſeveriſſimè puniri, & punit ipſe Alaſtoras illos impiorum dogmatũ autores, cum Magiſtratus officium ſuum negligunt: ac tunc quidẽ ſimul & Magiſtratum & Imperia delet, qui vult in pœnis manifeſtis conſpici teſtimonia juſtitiæ ſuæ.

VVhitakerus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

VVhitakerus *contra Campianum pag. 83. edit. Lich. 1601.*

NEque ego Conciliorum dignitatẽ verbis conabor extenuare & Nazianzenum miror (epiſt. 42. ad Procop.) de Conciliis tam iniquè judicaſſe, & acerbè ſcripſiſſe. Secum enim deliberaſſe ac planè conſtituiſſe ait, ut omnem Epiſcoporum congreſſionem fugeret, quandoquidem nullius unquam ſynodi fœlicem exitum vidiſſet. Id etſi de multis verum fuit, quæ propter quorũdam ambitionem ac πολυπραγμοσύνην non veteres controverſias ſuſtulerunt, ſed novarum potius controverſiarum ſemina ſparſerunt: tamẽ nonnulla cõcilia ipſe exitus longè optatiſſimus comprobavit. Quare quod provocas ad concilia, in multis quidem & maximis judiciis ſequimur: in omnibus enim nec ipſi neceſſarium eſſe judicatis.

Idem controv. 3. de Concil. quæſt. 3. Quinam ad Concilium ſint convocandi. *pag. 81. edit. Herborn. 1601.*

AIt ille (*Lutherus*) doctos homines eſſe deligendos, qui ad Concilia mittantur; & ſi ſit Concilium Generale, ex omnibus partibus orbis mittendos eſſe aliquos; at non expectandum eſſe dum omnes veniant, ſed ſufficere ſi pauci adſint; ſatis eſſe ſi vel trecenti conveniant ſolidè docti & ſapiẽtes, quos ECCLESIAE SINGULARUM PROVINCIARUM delegerũt & ad hoc negotium idoneos judicarunt. *Quod ſanè verum eſt & rectè ab illo dictum* Neq; enim neceſſe eſt ut undique omnes conveniant; nec certè vitari confuſio poteſt, cum nimis multi conveniunt. Sufficit ut undique viri cordati adſint. Et hanc quidem *ſententiam noſtram* eſſe agnoſcimus, homines nimirum rerum divinarum & eccleſiaſticarum expertos, ſolertes, doctos, pios

diſertos,

diſertos, graves, cordatos mittendos eſſe ad Concilia: hos *parem* debere authoritatem habere in *ſuffragijs* ferendis.

Idem ibid. pag. 90.

Non omnes doctos promiſcuè ad Concilia convocari volumus; ſed ex ſingulis Provinciis ſeligendos eſſe aliquos quos ECCLESIA maximè aptos & idoneos judicarit.

Ibid. pag. 91.

Non debet quiſquam in Concilium admitti, nec verba facere in Concilio, niſi qui ab ECCLESIA delectus & deſignatus fuerit.

Ibid. pag. 101.

Quemadmodum in Comitiis civilibus non ſemper Magiſtratus pro civitate mittitur, ſed aliquando alius aliquis, qui & ipſe etiam civitatis perſonam gerit: ſic non Epiſcopi tantùm ab ECCLESIA eligendi ſunt, qui ad Concilia mittantur, ſed alij pij, ſolertes & docti viri, qui forſan peritiùs diſputare & in quæſtiones controverſas meliùs inquirere poſſunt, quam Epiſcopi. Quiſquis verò ab ECCLESIA mittitur, is ECCLESIAE perſonam repræſentat.

Matthæus Sutlivius de Cōcil. adverſ. Bellarm. lib. 1. cap. 1. pag. 270. edit. Hanov. 1602.

IPSI Apoſtoli oſtenderunt Concilij Generalis diffinitionem ad fidei controverſias ſopiendas eſſe maximè oportunam & planè neceſſariam. Neque enim adhibuiſſent, niſi Spiritus Sanctus eos cōciliorum neceſſitatem docuiſſet. Convenerunt, *inquit Lucas* Act. 15. Apoſtoli & Seniores videre de verbo hoc. *& paulo poſt:*

Et ratio & leges hoc poſtulant, ut quę univerſam Eccleſiam concernunt ab univerſæ ECCLESIAE Epiſcopis & rectoribus tractentur: *Quæ enim à non ſuo Iudice diffiniuntur, nullam habent authoritatem.*

Ibid. p. 314.

Ibid. pag. 314.

Definire in Conciliis ea quæ ſunt credenda & agenda, MAXIME pertinet ad paſtores & doctores ECCLESIAE, q̃ & adverſarij fatentur *et neceſſario fatendũ eſt*. Paſtores enim & Doctores à Chriſto dati ſunt Epheſ. 4. *ad conſummationem ſanctorum & ædificationem corporis Chriſti*; & eis datæ ſunt claves, quibus Eccleſiæ adminiſtrandæ poteſtas deſignatur. *& paulò poſt:*

Epiſcopi legitimi in Concilio cõgregati de controverſiis fidei & morum IVDICES ſunt. & pag. 315. Præterea adhiberi poſſunt pij Principes, & homines doctrinâ præſtantes à SINGVLIS ECCLESIIS delegati.

Ibid. pag. 319.

Ipſe Bellarm. fatetur negotia Eccleſiaſtica à paſtoribus & perſonis eccleſiaſticis tractanda eſſe. At certum eſt presbyteros eſſe paſtores. Ipſis enim datæ ſunt claves ligandi & ſolvendi, & non alios intelligit Apoſtolus Epheſ. 4. per paſtores & doctores, quam Epiſcopos & presbyteros. Nec obſtat quod Epiſcopi dicuntur paſtores. Nam iidem erant antiquitus & Epiſcopi & presbyteri; & presbyteri conſtituti ſunt per ſingulas urbes, qui populum Dei paſcerent & docerent Act. 14. & Tit. 1. Neq́ue per Principes repręſentantur populi, nec per Epiſcopos ſolos Eccleſia univerſalis. Ideò in legibus ferendis, quæ univerſam obligent Rempublicam conveniunt regni ordines, & in Eccleſię negotiis tractandis ordines Eccleſiæ. Quod ex Cypriano colligitur: Ipſe enim lib. 4. Epiſt. 2. dicit placuiſſe *collatione conſiliorum cum Epiſcopis, presbyteris, diaconis, confeſſoribus pariter & Laicis ſtantibus facta Lapſorũ tractare ratione*. Nuſquam autem dicit Epiſcopum ſolum gerere vices ſuæ Eccleſiæ, nec commodè hoc dici poteſt, niſi mandatum habeat ab univerſa ECCLESIA. Præterea cum non tantum Epiſcopi, ſed presbyteri etiam & alij Eccleſiæ miniſtri, & ſummi Principes *cives* ſint Eccleſiæ, iniquum eſſet eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

à IVRE SVFFRAGIORVM & IVDICIORVM excludere. *Civis enim nulla re magis definitur, quam quod particeps eſt judiciorum et publicorum munerum*, ut inquit Ariſtoteles polit. l. 3. c. 3. atque hoc eo magis eſſet iniquum, quia claves Eccleſiæ principaliter à Chriſto ECCLESIAE datæ ſint, & *Eccleſiæ nomine Eccleſiæ paſtoribus*. Nam ita docet Auguſtinus tractata 50. in Iohannem. Si hoc Petro tantum dictum eſt, *inquit*, nō facit hoc Eccleſia: ſi autem hoc in Eccleſia fit, Petrus quādo claves accepit, Eccleſiam ſanctā ſignificavit.

Confeſſio Helvetica prior Act. 16.

IPSA autem verbi & paſcendi gregis Dominici auctoritas (quæ propriè claviū poteſtas eſt) cunctis ſummis æquè & imis præſcribens, ſacroſancta inviolabiliſq; eſſe: & vel divino Dei, vel certo & conſulto ECCLESIAE ſuffragio: vel eorum ſententia, quibus hoc officij delegavit ECCLESIA, electis tantū & idoneis adminiſtrandū, cōmitti debet.

Art. 17.

Eſt enim functio hæc nulli, quē non & legis divinæ peritia, & vitæ innocentia & Chriſti nominis ſtudio ſingulari eſſe cōpererint & iudicarint *Miniſtri*, & ij, quibus id negotij per ECCLESIAM eſt commiſſum, concedenda. Quæ cum vera Dei electio ſit, ECCLESIAE ſuffragio, & manuū ſacerdotis impoſitione, rectè comprobatur.

Confeſſio Helvetica poſterior Art. 18.

Nemo autem honorem miniſterij Eccleſiaſtici uſurpare ſibi, id eſt, ad ſe largitionibus, aut ullis artibus, aut arbitrio proprio, rapere debet. Vocentur & eligantur electione Eccleſiaſtica & legitima, miniſtri Eccleſiæ: id eſt, eligantur religioſè ab ECCLESIA, vel ab hoc deputatis ab ECCLESIA, ordine juſto & abſq; turba, ſeditionibus, & contenti-

one

one —— Et qui electi ſunt ordinentur à ſenioribus cum orationibus & impoſitione manuum.

Ibid.

Data autem eſt omnibus in Eccleſia miniſtris una & æqualis poteſtas, ſive functio. Certè ab initio Epiſcopi vel Presbyteri Eccleſiam communi opera gubernarunt: nullus alteri ſe prætulit, aut ſibi ampliorem poteſtatem, dominiumvè in epiſcopos uſurpavit. Memores enim verborum Domini, Qui voluerit inter vos primus eſſe, ſit veſter ſervus, continuerunt ſe in humilitate, & mutuis officijs juverunt ſe invicem, in gubernanda & conſervanda Eccleſia. Interea propter ordinem ſervandum, unus aut certus aliquis miniſtrorum cœtum convocavit, & in cœtu res conſultandas propoſuit, ſententias item aliorum collegit, deniq; ne qua oriretur confuſio pro virili cavit. Sic legitur feciſſe in Actis Apoſtolorum S. Petrus, qui tamen ideò nec alijs fuit præpoſitus, nec poteſtate majore cæteris præditus. Rectiſsime enim Cyprianus Martyr, de ſimplicitate Clericorum: *Hoc erant utique*, inquit, *et cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis*—Refert item S. Hieronymus non diſparia in comment. ad Epiſtolam Pauli ad Titũ, & dicit, *Antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, communi presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur: poſtquam verò unuſquiſq; eos, quos baptizaverat, ſuos putabat, non Chriſti: decretum eſt, ut unus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſciſmatũ ſemina tollerentur.* Hoc tamen decretum Hieronymus non pro divino venditat. Mox enim ſubjicit: *Sicut presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos: ita Epiſcopi noverint ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate presbyteris eſſe majores, & in communi debere Eccleſiam regere.* Hæc ille. Ideoque nemo jure prohibuerit, ad ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

terem Eccleſiæ Dei conſtitutionem redire, & illam præ humana conſuetudine recipere.

Confeſsio Bohemica cap. 9.

Nulli igitur apud nos permittitur miniſterij munere fungi, aut ullum ſacrum Domini munus adminiſtrare, niſi hoc PRIMAE ECCLESIAE more, atq; divinitus conſtituto ordine, ad eam functionem pervenerit, vocatuſque ſit et conſtitutus: Quod de veteribus Eccleſiæ canonibus cognoſcere manifeſtè licet (*Diſt. 24. cap. Epiſcopus*) Sanctus etiam Cyprianus, formam ſacerdotes ordinandi deſcripſit (lib. 1. Ep. 4.). *ibid.*

Quod ſi verò ex præſidibus his aliquis in peccatum aut errores labatur, aut in munere ſuo curãdo negligentior ſit, is per ordinariam et legitimã ECCLESIAE diſciplinam in viã reduci, caſtigariq; debet. Sin verò reſipiſcere nolit, neq; ſanationem admittere: tum primũ à muneris ſui curatione et miniſterio removeri, et poſtea è communitate Eccleſiæ perceptioneque ſalutis tanquam ſervus inutilis, membrũ offenſionem inducens, palmes aridus, et ſal fatuus, ejici ſeu exterminari, de quo Dominus dicit: nullius eſſe hunc ſalem uſus amplius.

Confeſsio Gallica art. 29.

CRedimus verã Eccleſiam gubernari debere ea politia, ſive diſciplina, quã Domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus ſãcivit, ita videlicet, ut in ea ſint Paſtores, Presbyteri, et Diaconi, ut doctrinæ puritas retineatur, vitia cohibeãtur, pauperibus et reliquis calamitoſis, prout opus eſt, conſulatur, et ſacri cœtus ædificandis tum parvis tum magnis habeantur,

Art. 30.

Credimus omnes veros Paſtores, ubicunque locorum collocati fuerint, eadẽ & æquali inter ſe poteſtate eſſe præ-

ditos

ditos ſub unico illo capite, ſummoque & ſolo univerſali Epiſcopo Ieſu Chriſto: ac proinde nulli Eccleſiæ licere ſibi in aliam imperium aut dominationem vendicare.

Rex magnæ Britanniæ in Declarat. Gall p. 45.

NAtura humana per tranſgreſſionem primorum noſtrorum parentum perdidit liberum arbitrium, & nihil ejus retinuit præter inclinationem ad malũ; exceptis illis quos Deus ſuâ gratuitâ gratiâ ſanctificavit & purgavit ab hac originali leprâ.

Auguſt. epiſt. 157. ad Optatum.

Neminem naſci ex Adam, niſi vinculo delicti & damnationis obſtrictum, neminemq; inde liberari, niſi renaſcendo per Chriſtum, tam inconcuſsè tenere debemus, ut ſciamus eum qui hoc negaverit, nullo modo ad Chriſti fidem & ad eam, quæ per Chriſtum datur puſillis & magnis, Dei gratiã pertinere.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

SIBRANDVS LVBBERTVS
Chriſtiano Lectori ſalutem dicit.

CVm hoc ſcriptum apud nos excuderetur non potui, Chriſtiane Lector, quin paucis te compellarem. Nam mea, tua, & Eccleſiæ intereſt ut in tanti momenti cauſa alteram partē audias & ante tempus non iudices.

Declamationem plenam vanitatis & calumniarum edidit HUGO GROTIUS. *Hanc indigitat* PIETATEM ORDINUM HOLLANDIAE *et diſtribuit in quatuor partes. In prima parte criminatur me* Dominatum deſpicere & Dignitates conviciis inceſſere, *q̄ ut probet, ſcribit me* ORDINES HOLLANDIAE *vocare autores ſcelerum, perturbatores orbis terrarum &c. verba eius hæc ſunt : Eos* (ORDINES HOLLANDIAE) Inquam, dixit autores ſcelerum, ingenij petulantis, perturbatores orbis terrarum, populi concitatores, qui omnia ſeditionibus miſceant, Epicuræos etiam Libertinos latentes ſub Politicorum nomine, qui ultrò faciant alantque Eccleſiæ diſſidia, & in iis ſe ſuaviter oblectent, Religionem denique ipſam ut fabulas & vulgi terriculamenta derideant. *Addit me hæc ſcripſiſſe in præfatione q̄*

refutationi

refutationi Socini de Ieſu Chriſto Redẽtore præfixi. Sed hæc criminatio tã falſa, inepta & vana eſt, ut autorẽ, ſi non depuduit, eius meritò pudeat. Tu Chriſtiane lector lege totam illam præfationem & ſine errore de huius hominis vanitate & meâ innocentiâ iudicare poteris. Ex huiuſmodi principijs penè tota prima pars exſtructa eſt. In ſecundâ parte habet multas extravagantias. Fusè diſputat de Prædeſtinatione & quinque articulis Batavicis: acſi mihi de hiſce; et non de Deo, de Perſonâ et officio IESU CHRISTI, *de noſtri Iuſtificatione, & de Fide Iuſtificante cum Conrado lis eſſet. Vt taceam hæc omnia nihil prorſus ad rem facere. Non enim Remonſtrantes ſed Conradum oppugnavi. In tertiâ & quartâ parte accuſat me* PURITANISMI, *idque propterea, quod Prophetarum ſpiritus Prophetis ſubiici, & Paſtores ab Eccleſiis eligi debere docui. Ad quæ duo capita hoc tempore reſpondeo me illi ſanam mentem precari, & monere, ut poſthac non reprehendat, quod non didicit. In totâ Declamatione ſe ſupra modũ iactat.* Omnem (*ut vir magnus ſcribit*) Synodi celebrandæ ſpem præcidit, Hagenſem conventum pro ſynodo habet, ordinibus autoritatem præſcri-

bendi

bendi docenda & agenda ſine ſynodi decreto tribuit. Miniſtrorum vocationem Eccleſiis eripit, præſens regimen, Presbyteria, claſſes, ſynodos &c. ridet, Miniſtros ſpernit & quid nõ?

Hanc iniuriam veritati & Eccleſiæ factam non eſt mirum ſi pij Eccleſiarum Paſtores ſilentio ferre nequeant; præſertim, illi qui ſtudio gloriæ Dei in eadem cauſa ante hac operam ſuam Eccleſiæ non denegârunt. Inter hos eſt Reverendus & Doctiſſimus vir IOHANNES BOGERMANNUS *Paſtor Levvardienſis, qui in hoc ſcripto primã* HUGONICAE PIETATIS *partẽ brevibus annotationibus explicuit, hominiſq́ vanitatem & accuſationum eius falſitatem notam fecit. Alteram partem plenius declaravit. Ita enim* REMONSTRANTIUM *articulos explanavit, ut ex his Annotationibus proficere & ſtatũ cõtroverſiarũ rectiꝰ intelligere poſſis Huiuſmodi labores quã ſint his tẽporibus Eccleſiæ utiles aliorũ erit iudicare. Tu Chriſtiane Lector his Annotationibus utere, donec alia Apologia, qua mea innocẽtia et* HUGONIS *calumniæ pleniꝰ detegãtur, in lucẽ ꝓferatur: & ora Deũ ut horũ hominũ ingenia mitigare &* ECCLESIAS BELGICAS *in veritate cõſervare velit. Franicæ. anno 1614. 29. Martij.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ORDINVM

HOLLANDIÆ

AC

WESTFRISIÆ

PIETAS

**AB IMPROBISSIMIS MVLTOrum calumnijs, præſertim verò à nupera* SIBRANDI LVBBERTI *Epiſtola, quam ad Reverendiſsimum Archiepiſcopum Cantuarienſem ſcripſit, vindicata:*

PER

HVGONEM GROTIVM

eorundem Ordinum Fiſci

ADVOCATVM.

** Hoc verò eſt τὸ κρινόμενον, ſeu potius ζητούμενον:* An D. Sibrãdus Lubbertus Ordines Hollãdiæ improbè ſit calumniatus? *item,* An ipſos accusârit impietatis? *vt neceſſe habueris ipſorũ* Pietatem *ab improbiſſimis D. Sibrandi* calumniis *vindicare. Tu ais, D. Groti, Ego nego, & Lectori judicãdum relinquo, an nõ dum hoc dicis, D. Sibrandũ, & iſtos* multos, *quos deſignas, calumnieris? Quod de* multis *addo, id non facio ſine ratione. Si enim D. Sibrandum, quem nominas & habes in præcipuis, falsò accuſas, multò magis cæteros, quos locas infra D. Sibrandum, cùm dicis:* præſertim verò à nupera, *&c. In ipſo limine impingere non eſt prudentis Oratoris. De D. Grotio autem hoc verum eſſe patebit infrà.*

TEXTVS D. HVG. GROTII.

SI vir acer SIBRANDVS LVBERTVS eo contentus hoſte quem jamdudum ſibi elegerat, intra Conradi Forſtii oppugnationem ſtetiſſet, nihil nobis erat in

NOTÆ ad Scripti Grotiani, Caput I. quod eſt de cauſa Vorſtij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

a illa arena negotij. Sed quum ille qui libertatem προφητείας *Sacra docendi* ubique exexagitat, nunc ſpecie προφητείας *docendi Sacra* eam ſibi ſumpſerit libertatem, ut auſus ſit rem Apoſtolis vetitam b, κυριότητα ἀθετεῖν, καὶ δόξας βλασφημεῖν, *Dominatum aſpernari, & dignitatibus maledicere*, mirum videri non debet, inventum eſſe civium unum, & quidem cujus proprium munus eſt jura ac ſublimitatem Ordinum tueri, qui quam injuriam optimis Rectoribus illatam patienter ferre non poſſet, eam legitimâ ratione vindicaret. Equidem an fabula ſit, neſcio, mutum à primis natalibus adoleſcentem conſpecto patris periculo vocē ſubitò edidiſſe, rumpente oris retinacula cordis affectu: illud ſanè veriſſimum cenſeo, ſi quo debemus amore proſequimur pios patriæ parētes, læſa ipſorum exiſtimatione vocem extorqueri poſſe vel c obſtinatiſſimi ſilētii hominibus. Alioqui in hoc Eccleſiæ æſtu nihil erat ſecurius, quám intra gemitus ſe te-

nere,

NOTAE.

a *In qua ſc. agitur de gloria ſupremi Domini, Creatoris & Redētoris. Nihil tibi iſtic eſt negotij D. Groti? Cū verò authoritatem Domini terreni putas lædi, jam ilicò lingua es, ubi ante piſce eras mutior? hac ratione non ſatisfacis præclaræ multorū de te expectationi.*

b *Accuſatio dira. Sed recordare verborum tuorum pag. 106. hujus ſcripti: Annon erubeſcis deprehenſus tā manifeſtæ* ψευδολογίας *falſiloquētiæ, & quidem Accuſator*, à quo nihil non compertum afferri oportuit?

c *Utinam D. Groti, tā benignè pronūciares de ijs, quibus hoc ipſum verè nunc accidit læsâ ſummi Parentis gloriâ! ſed quid de te ſentiendum? qui ad tantum facinus hactenus obſtinatè ſiluiſti, quin & loquentibus litem nunc intendis acerrimè?*

nere, loquendi autem libertatẽ in ea tempora ſervare, quibus deſęvituri eſſent hactenus morbi, ut prębere poſſent remediis patientiam. Sed palàm vulneratum nomen atque famam Conſeſſus Ampliſſimi, diſſimulare nõ licet, quum velociſſimus ſit *d* calumniæ curſus; quam ut proximè ſequaris, vix tamen apprehendas. Accedit, quod ipſa *e* ſalus publica labaſcit, ubi Magiſtratuũ concutitur auctoritas. Crimen atrox defert Sibrandus. *Induci*, ait, *in Eccleſiam non errores aliquos*, ut multis ſolet ſuccumbere humana infirmitas, *ſed hæreſes.* Vt nihil ultrà dicam, hæc ipſa gravis ſanè eſt accuſatio. Quid enim aliud eſt hæreſis, quàm *f* peſtis, quàm venenum Eccleſiæ, & quidem præſentiſſimum? Sed tamen hæreſium aliqui ſunt gradus, ita ut ſit hæc illâ nocentior. Fortè igitur contentus fuerit infimæ noxæ aliquam nominare. Imo verò eam nominat, quæ *g* pejorem aliam reperire non potuit. Scimus quam exoſum *h*, quam horrendum bonis omnibus olim fuerit Arij dogma, qui Chriſtum Dominum noſtrum Pa-

d *Idem debuiſti judicare de curſu & damno falſæ doctrinæ, cui ex mãdato Dei obviam euntibus faceſſis negotium.*

e *& ſalus animarum atque Eccleſiæ; ubi ſana doctrina & Majeſtas Dei concutiuntur*

f *Ne mireris igitur, ſi propinentur antidota, ſi non differatur uſus remedij in malo præſentiſſimo.*

g *adde: quâ pejor alia non eſt.*

h *jure quidem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tri ὁμοούσιον *conſubſtantiale* negabat. At ille tamen extitiſſe eum priuſquam Mūdus exiſteret, & Patri ſimillimum fatebatur. Quāto in Chriſtum contumelioſior Samoſatenus, aut quicumque alius [i] fundamentum illud evertit, quod Euangelio ſubſternitur, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum caro factum eſt.* qui ereptum it Chriſto τὴν δόξαν ἣν εἶχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ τῷ πατρί, *Gloriā quam apud Patrem habuit antequam mūdus exiſteret*, qui abnegare mavult, quam agnoſcere inenarrabile beneficium ὅτι ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, *Quod qui in forma erat Dei, ſemet inanivit, ſervi formam accipiens*; Hanc igitur hæreſin, ad cujus mentionem [l] pij omnes exhorrēt, invehi in Eccleſiam clamat Sibrandus, non errore aliquo & ignorātiâ, ſed ſtudio atque induſtria, Ait enim, *eſſe quoſdam in eo ut hoc perficiant*,

i *hos Scripturæ textus non negant hæretici, ſed ſenſū affingunt blaſphemum & hæreticū. Remōſtrantes autem in Colloquio Hagenſi ſcribunt pag. 153.* Si fratres annuant ſibi placere ut nullus articulus ponatur, vel tanquam neceſſariò credēdus aut docendus recipiatur, qui non TOTIDEM VERBIS in ſacra Scriptura ſit expreſſus. *Qui hoc præmeditatè & tam rotundè dicunt, videant quâ ratione Socinianos aliosq; hæreticos textum & verba Scripturæ non egātes è medio Eccleſiæ arceant.*

l *atque vtinam omnes illi qui pietatem jactant, ad ejus mentionem exhorrerent! Quid verò dicas de ijs, qui ab hujus horrendæ hæreſeos patronis ipſam* Pietatem Chriſtianam quam maximè *clamant*, urgeri? *quorum agmen ducit Vorſtius reſp. plen. p. 15. poteſtnè* Chriſtiana pietas *urgeri &* quidem maximè *ab illis, ad quorum blaſphemias* pii omnes *exhorrent*?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

atque alendæ peſti manum porrigant, idq́ ab ipſis magna contentione & ſtudio agi, quorum proinde conſilia ac cogitationes ad τοῦ καρδιογνώστου *Cordium cognitoris* diſquiſitionē vocat. Tanto ergo crimini reos quos deſtinat? Primùm, quoſdam quos non nominat, ſed quos auctores ait fuiſſe Curatoribus Academiæ Lugdunenſis vocandi ad profeſſionem Vorſtij: ipſos deinde Curatores: ac poſtremò m Ordines Hollandiæ, in quos præcipuè incurrit irreverentiæ & bilis plena Præfatio. Hi omnes, ſat ſcio, ſi vera ſunt quæ dicit Sibrādus, iram Dei, odium Chriſtiani orbis totius non deprecantur: ſin au-

m ἰδοὺ ῥόδος ἰδοὺ πήδημα. i. *hic Rhodus hic ſaltus. Fige pedē D. Groti. Hic ſcripti tui eſt titulus*: Ord. Holl. pietas contra, &c.; *hoc caput accuſationis: D. Sibrandus ſcripſit* Ordines Hollādiæ in eo eſſe, ut hæreſes Socini & Serveti in Eccleſias introducant, alēdæ huic peſti manū porrigere; atque hoc agere magnâ contentione & ſtudio. *Hanc cauſam perinde agis acſi quæreretur: Iurenè an injuria hoc ſcripſerit D. Sibrandus; et prolixè probas Ordd. innocentiam, id eſt, prolaberis ad ſtatum Qualitatis, præterito ſtatu Conjecturali ſeu inficiali, Sed cogitandum tibi fuiſſet, ante omnia luce meridianâ clariùs tibi & Lectori debuiſſe conſtare de Quæſtione, An ſit? ſive An D. Sibrandus tanti criminis accuſaſſet* Ord. Hollandiæ? Ordines, *dico. Neque neglexiſſes, opinor, hanc probationem præmittere, ſi textum inveniſſes in Præfat. D. Sibrandi ſatis clarum. Sed cùm hic tibi aqua hæreat, tranſilis, & arte quadam veluti extra controverſiam poſitum præſupponis. Scripſit D. Sibrandus de* quibuſdam *(ut tu ipſe verba citas) non autem ſcripſit* Ordines Hollandiæ *Socini Hæreſes velle introducere.* Ordines Hollandiæ & Quidam *non ſunt unum & idem. Illud* de quibuſdam *negari nequit; quia res ipſa clamat: Hoc longè ſecus ſe habet. Tota igitur tua probatio aberrat à vera Quæſtione.*

tem nullo ſuo merito tantæ objiciuntur infamiæ, cogitent omnes juris atque æqui intelligentes, quam non ſit ferendum, ejus dignitatis nomina tam petulanter laceſſi, quum infimi cujuſque ex plebe læſam exiſtimationem tam ſeverè vindicent juris auctores. Vbi nunc lex Rhemnia? dormis? Ac de iis quidem quos ſuaſores Curatoribus fuiſſe ait, ut taceam, quando ipſe quoque nomina reticuit: Curatores Academię Lugdunenſis ſunt viri duo, non minus eruditione ac probitate, quàm generis nobilitate conſpicui: illis prætereà geniti parentibus, quorum inſignia, tum in patriā, tum in Eccleſiam merita boni omnes grata memoria proſequuntur. Iuxta hos curam Academię unà gerũt Rectores civitatis Lugdunenſis: ejus nimirũ, quæ ne exutam ſemel animorum ac corporum ſervitutē iterum ſubiret, plura ac graviora ſuſtinuit, quàm ullius hominis eloquentia fando aſſequi poſſit. Scilicet extra mœnia hoſtem, intra peſtem, famemq́ue idcircò toleravit invictę patientię civitas, ne deeſſet aliquando locus in quo

Samo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Samoſateni, Serveti, & Socini furores regnarent: aut qui pro vera pietate omnia malorum genera conſtanter pertulerunt, nunc ſubitò conſultore uno atque altero illam exuent, eorum verò dogmata amplectentur, quorum libros nec legerunt, nec legere cupiunt, plerique verò etiam nomina ignorant? Ordines autem Hollandiæ qui dicit, nonne cogitare debet ſummos Rectores ab omni ævo nobiliſſimæ gentis, qui adverſus injuſtas dominationes, alterā Romanenſem, alteram Hiſpanicam, magno animo atque conſtantia obniſi, certam ſibi atque aliis ad libertatem munierunt viam: quique ad ſuſtentandam rem communem exemplo eſſe ſociis quam exempla ab ipſis expectare ſemper maluerunt? Hi Proceres igitur qui reformatā Religionem auctoritate atque opibus ſuis foverunt hactenus, magiſtros ejus ſuo ex ęrario liberaliter ſuſtētarunt, aliam religionē in publico nullā paſſi ſunt cōſpici aut audiri, hi ſunt quos *n* ut Socinianiſmi fautores traducit Sibrādus, quos ait non decipi tantùm (exiguū n. id fuerat) ſed

n *Sed ubi comparet textus D. Sibrādi, in quo* Hollandiæ Ordines *Socinianiſmi appellat fautores?*

ſed decipi velle. Sedet eo in conventu pręclara nobilitas, genuina proles optimorum parentum, qui capitis periculo, patriæ fortunarumque damno veræ pietatis profeſſionem redemerunt. Sedent urbes, quarum aliæ civium cædes, aliæ obſidia, nulla non ingētes calamitates pro eadem profeſſione ſuſtinuerunt. Et [o] his iſta in os audet dicere doctor umbraticus? Sed antequam ad [p] temerariæ accuſationis [q] argumenta veniam, primum illud [r] cōſiderari velim, cur ut non ita pridem Eccleſia Belgica Londinenſis, ita nunc potiſſimum electus ſit à Sibrando, vir Reverendiſſimus, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ad quem hæc [ſ] querela deferretur. Video quid obtendat: [t] Membrorum inter ſe fœdus, ut dolor unius alteri alienus cenſeri non debeat. Sed adeo [u] nemo apud nos erat, quem moveret ſtatus Eccleſiæ, qui bona fide hæreſes odiſſet, ut trans mare mitti

o *Auſum fuiſſe priùs tibi erat probandum, D. Groti.*

p *temerariam vocas, quam nondum in rerum natura exiſtere probaſti.*

q *Atqui nō tam excors fuit D. Sibrandus, ut argumentis conaretur demonſtrare, quod non affirmârat.*

r *rem ſc. arduæ et abſtruſæ cōſiderationis.*

ſ *quaſi D. Sibrādus ſuâ præfatione ad R. Archiepiſcopum, etc. hanc querelā detulerit, cauſam trās mare miſerit, & alienis curis ipſius Reverentiam oneraverit. Notum eſt publicè, quid Rex Magnæ Britanniæ in hac cauſa egerit. Nimis profectò hoc ſcriptum negligenter, D. Groti.*

t *Hoc argumentum deſumtum ab Eccleſia, tanquam corporis, cum Capite Chriſto, & hujus corporis membrorū unione & communione inter ſe oculo ſpirituali intuêre, & vim ejus experire.*

u *At quæ hæc eſt conſequentia?* D. Sibrandus ſuum ſcriptum contra Vorſtium dedicavit Archiepiſcopo Cantuarienſi. Ergo nullus hîc erat, qui ſtatu Eccleſiæ commoveretur, aut odiſſet hæreſes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

hæc cauſa debuerit, & ampliſſimæ regionis Antiſtes, publicis præterea regni negotijs quotidie occupatus, hac inſuper cura onerandus fuerit, ut quæ in Ordinum Hollãdię conventu acta ſunt, ijs ipſe ſuam *x* ſollicitudinem impertiretur? Non ita fœlix fuit Britania, ut non aliquando & ipſa aut opinionum aut rituum diſſidio fluctuaret: *z* ſed cujus unquam cauſſæ cognitio extra regnum ablegata eſt? Meminerunt ſcilicet Britanni, quid Africani Patres ſtatuerint

x Si hanc ſollicitudinem Archiepiſcopum exiſtimas non decere, aut ipſum ab ea eſſe alienũ, erras: Quid verò de ipſo tibi videtur Rege?

*z Si de facto quæris, D. Groti (vt verba præ ſe ferũt) recordare temporũ quibus Anglicana Eccleſia leges accepit ab Aula Romana. Si de jure; alia eſt ablegatio cognitionis, quæ oritur ex ſuperioritate: alia libera & ſpontanea delatio cognitionis, frequens in Politia & Eccleſia, quæ nullam arguit ſuperioritatem: alia eſt extraneæ ſapientiæ ad veritatem inveniendam vel confirmandam amica poſtulatio. Exceptâ ſuperioris agnitione nihil horum eſt, quod non fecerint, faciantvé pro re nata Britanni. Communionem cum Eccleſijs tranſmarinis piè colunt. Concilia generalia non averſantur. Sed quid iſta ad rem præſentem? Librum dedicare Archiepiſcopo Cantuarienſi, Regi Britanniæ Magnæ pro beneficio ex duplici fœdere noſtris Eccleſiis in cauſis fidei præſtito agere gratias, ſtatum Eccleſiarum Principi orthodoxo & vicino exponere, ipſumque in zelo pro veritate confirmare, innocentiam orthodoxorum contra calumnias trans mare volitantes aſſerere, eſtné hoc cau*ſæ cognitionem extra Provincias ablegare? *Ignorare non potes, D. Groti, D. Sibrandum (ſicut et Eccleſiarum delegatos) ſuppliciter efflagitare convocationem Synodi non* extra *ſed* intra *has Provincias. Quibus unicé eſt in votis, ut eam obtineant, diceſné illos cauſæ cognitionem ablegare extra has Provincias? Sed quo Bertius ablegabat cauſæ cognitionem, cùm ſuam Apoſtaſian non tantùm Doctoribus & Paſtoribus Britanniæ inſcriberet, ſed & Germaniæ, Galliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Daniæ, Poloniæ, Sueciæ, &c?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

de tranſmarinis A appellationibus, quas etiam Eccleſiaſticæ communionis damno puniendas cenſuere. At nonne Africanæ & tranſmarinæ Eccleſiæ membra erant unius corporis? Erant ſanè: ſed exiſtimabant ſuã cuique Spartam B ſatis difficilem obtigiſſe, quam ornare atque excolere deberet, & curare diligenter

ὅ, ττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται·
Ecquid fortè domi fiat, pravumve bonumve.

Quod ſi qua tamen neceſſitas interdum D externæ ſapientiæ conſilia depoſceret, debere ſaltem eſſe hoc ipſum non E privati, ſed publici arbitrij. F Alioqui mera introducitur ἀκαταστασία *confuſio.* Hæc quum ita ſe habeãt,

A *Fuitné* con- demnatus *alicubi Sibrandus, ut neceſſe habuerit appellare trans mare? Appellat qui provocat ad ſuperiorem. Fimbrias Papales oderant Afri, non eſt quod metuas Britannicas. Aliud eſt inementita ſuperioritate malæ cauſæ quærere patrocinium, quod non permittebant Africani: Aliud eſt non refugere lucẽ, & Eccleſiarum agnoſcere communionem, quod orthodoxis eſt commune, & ab Afris nunquam vetitum.*

B *Ideoq; opis externæ non raró indigam.* D *Domeſticæ ſapientiæ dona potiùs communicavit cum exteris D. Sibrandus, quam illorum ſapientiæ conſilia depoſcit. Tam poſſunt exteri noſtris egere admonitionibus, quàm nos ipſorum conſilijs. Noſtra intereſt, ne malè de nobis ſentiant vicini Fratres, & ipſorum intereſt, ut de hæreticis nobis jam notis, ipſis verò imminentibus fideliter præmoneantur.* E *Imó unicuiq; privato pro conſcientia ſua ſemper licuit exquirere conſilia Sapientum. Quid ſi publicum arbitrium exſpectes fruſtra? Verum & longè alia ratio eſt Profeſſoris publici in Eccleſia, qui ſuam à Deo & Eccleſia, quin & Magiſtratu habet vocationem.* F *Quin potius cùm ſancta Eccleſiarum communio & ſententiarum communicatio negligitur, præſertim in caſu noſtro, triſtis ſolet conſequi* ἀκαταστασία. *Loquatur experientia.*

intelligi

intelligi facilè poteſt, G callidè magis quàm rectè atq; ordine feciſſe Sibrandum, quod hanc rem H cognoſci voluerit ubi acta non eſt. Scilicet verum eſt quod ille olim dicebat, difficilè eſſe apud alios cauſſam dicere, quum apud alios I vixeris. Hic ſanè, ubi notũ eſt omnibus Ordinũ Hollandię ſtudium in tuenda vera religione L, quæſiti Socinianiſmi fabula obtrudi nemini poterat. Inveniendus fuit qui Proceres noſtros haud æquè noſſet: ejus animus ita occupandus atrocitate ſuſpicionum, ut nondum audita defenſio jam inviſa eſſet. Sed ne huic quidem conatui, M aſtuto quanquam & improbo, reſponſuros eventus, ſpondent ſibi, quibus nota eſt Ampliſſimi Antiſtitis prudentia, præſertim quum mater veritatis dies non permiſſura ſit longum N fraudi-

G Malè hoc inſers ex præmiſſis.

H Quaſi verò cognita hæc non fuerint in Magna Britannia antequã D. Sibrandus librum ſuum mitteret Archiepiſcopo.

I Alia ratio vitæ, alia doctrinæ, quæ ſcriptis editis propagatur, & ex iyſdem poteſt judicari, ſed annè D. Sibrandus Ordd. Hollandiæ *citavit ad dicendam cauſam corã Archiepiſcopo?*

L Petitio Principiy & luſus in re ſeria.

M Judicent æqui Lectores, an non potius aſtutè (horreo vocem, improbè) *hæc à te conficta ſint, ut veritatis patrono conflares invidiam intra & extra haſce Provincias? An per ipſius latus orthodoxos uno ictu vis profligare omnes? ſaniora* Ordinibus *ſuggerere, ipſorumq; & tuæ conſcientiæ parcere debuiſſes, D. Groti.* N *Meliora D. Groti.* Regnum fraudum *oppugnat D. Sibrandus, & ne quis inducatur in fraudẽ, vel culpæ per incuriam ſe faciat participem, fideliter monet. Gratiã ipſi hoc nomine debes. Si tibi cauſam optimam minùs providè videtur egiſſe, mone ipſum fraternè, acerbitatis autem virus in ipſum non evome. Videberis aliàs tepere in cauſa Dei, fervere in cauſa hominum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

regnum. Maximam ſe & Curatoribus & Ordinibus invidiam conflaturum o ſperavit Sibrandus ex cauſſa Vorſtiana. Ego P Vorſtium defendendum non ſuſcepi; neque committam, ut legitimæ cognitioni quæ de Vorſtio haberi cœpta nondumque finita eſt, quicquam præjudicem. Sed hoc primùm conſiderari velim. Nõ R agit Profeſſorem Vorſtius, non docet juventutem, non in eo qui cujuſquam oculos præſtringuere poſſit fulgore verſatur. Quid igitur attinet ſatis S trãquillum negotium toties exagitare, niſi non propter Vorſtium Ordines accuſantur, ſed propter T Ordines

Vor.

O Charitas hoc non ſperat de ipſo.

P Utinam non ſuſcepiſces! Qui hæc tua legent, judicabunt, an non ſaltem Vorſtio quietem, D. Sibrando crees moleſtiam, atque loco Vorſtij Ordines ipſi opponas?

Q Perpulchrè in hoc tuo ſcripto caviſti, ne ſanctum caput Vorſtij vel verbulo læderes: In D. Sibrandum fræna laxas calamo, & impotenti animo paſſim inveheris. Verum dic ſodes, an Sibrandus poſt cauſæ cognitionem uſpiam cauſâ cecidit, ut tibi liceat (qui parcis Vorſtio) Sibrando inſultare velut jam condemnato læſæ Majeſtatis? Cur non pari longanimitate uteris in cauſa Sibrandi? Anne peccatum Sibrandi clarius peccato Vorſtij? aut num majus periculum à Sibrando quàm à Vorſtio? ut ut ſit, mente et oculo alio es in Sibrandum, atque in Vorſtium. Quid cauſæ ſit, tute videris, D. Groti.

R Sed non dicis quantus labor intervenerit; quæ monita Regis M. Britanniæ, Ordd. confœderatorum, atque adeo complurium in ipſamet Hollandia, imo & inter ipſos Holl. Ordines. S *Non omnis tranquillitas placet Deo & ſalutaris eſt, ſic ſatis bellè eſt Vorſtio; utinam Eccleſijs reſtituta eſſet tranquillitas! Non legit quidem ille ubi vellet, ſed per occaſionem Apologiarum ſcribit, quæ vult, & falſam doctrinam longè lateq; diſſeminat.* T *Virulentè ſatis. Si hæc perſuades Ord. D. Groti, vide quam rationem Deo ſis redditurus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Vorſtius? Ac profectò qui ſtatum Eccleſiæ noſtrę rectè intelliget, is facilè animadvertet, multò ante advocatum Vorſtium Sibrando aliiſque nonnullis motam fuiſſe v bilem, ideò quod Hollandiæ Ordines non paterentur x continuò ex Eccleſiis ejici eos Paſtores, qui z Sibrādianę de 1 Prędeſtinatione ſententiæ non ſubſcriberent, ſimulque aſſererent 2 jus ſuum Magiſtratui in gubernanda Eccleſia. Hi ſunt, quos idẽ

v *Ita vocas juſtum dolorem?*

x *At ubi Sibrandus et nõnulli alii hoc petierunt? Petitũ fuit ut cauſa cognoſceretur et judicaretur in Synodo, quæ hactenus obtineri non potuit. Nemo ex heterodoxis Eccleſiâ eſt ejectus. Quid nõnullis factum ſit orthodoxis, quis ſine dolore non recolat?* z *Sic invidioſè vocas ſententiam communem Eccleſiarum Belgicarum.* 1 *Hæc una quorundam πρόφασις eſt: (repono tibi verba tua) veram αἰτίαν, cùm de ea propter varias cauſas dubitaretur, tandem nos docuêre Diſcipuli Vorſtij in literis interceptis.* 2 *Hæc altera πρόφασις & quaſi larva eſt, quam nonnulli aſſumpſerunt, cùm de ſententia Synodi deſperarent. In conventu enim præparatio Genn. Ordd. hanc ſententiam ſuis manibus ſubſcriptam exhibuere, quod* udicium Synodi, *id eſt, (hæc ſunt ipſorum verba)* miniſtrorum non tantùm Deputatorum ad Synodum, ſed & Deputantium ſit h bendum pro finali & definitiva ſententia, cui ſe Miniſtri debeant ſubjicere. *Poſteà vero ad Magiſtratum præcipites ſunt devoluti, deſertâ Synodo. Annè hoc illud eſt, quod in Sibrandum alioſq; parum conſideratè dicis pag.* 74 Mutatis clypeos, *&c. Faxit Deus ut Magiſtratui in hiſce Provincijs jus ſartum tectumq; maneat, & ut in vero Dei timore illud exequantur. Abſit verò ab ullo pio pectore, ut recuſet dare Cæſari quæ Cæſaris ſunt, ſervatis Deo, quæ Dei ſunt. Propter humanam infirmitatem & variantem conſuetudinem proclivis hic in errorem lapſus eſt. Errori verò non tantùm Miniſtri ſunt obnoxij, ſed & ipſi Magiſtratus. Abſit ambitio, & nihil in cauſa ſancta metiamur utilitate & ſtudijs privatis, ſed detur opera, ut conſcientijs omnium rectè conſulatur ad Dei gloriam, & communem ædificationem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

hic Sibrandus jampridem *perfidos, calumniatores, aulæ inſidias, novos noſtri temporis Euſebios* appellavit, in egregia illa quam edito à ſe Socino præpoſuit epiſtola. Hæc cauſa eſt, ob quam jam tum Sibrandus Hollandiæ Rectores, quos ille quidem non nominabat, ut 3 nunc facit, ſed ita deſignabat, ut etiamſi nunc interpretatus non eſſet, intelligeret tamen quivis in quem venenata iſta tela jacerentur, eos inquam (en horribilem audaciam) dixit *auctores ſcelerum, ingenij petulantes, perturbatores Orbis terrarum, populi concitatores, qui omnia ſeditionibus miſceant, Epicureos etiam & Libertinos latentes ſub Politicorum nomine, qui ultro faciant alantq; Eccleſiæ diſſidia, & in ijs ſe ſuaviter oblectent: religionem denique ipſam ut fabulas & vulgi terriculamenta derideant.* Sed 4 rectené an ſecus Ordines fecerint, mox viderimus.

3 Nominat quidē, ſed tu D. Groti, fallis compoſitione dividēdorum. Non nominat Ordines Hollandiæ, cùm agit de ijs, qui hæreſes ſtudent introducere in Eccleſiam: ſed nominat eos, ubi ſe in modo procedendi nonnulla deſiderare liberè affirmat, optans et Deum rogans, ut iſta corrigantur, quandoquidem res ſpectat Dei gloriā & Eccleſiæ ædificationem. Non agis hic amanter & ingenuè, neque tecum ita velles agier,

4 *Non ſufficit vt hoc videas, imò fruſtra eſt, niſi prius probes D. Sibrandum iſta dixiſſe in* Hollandiæ Ordines. *Fateris illum Ordines non nominaſſe, & nullam adfers probationem, quâ deſignatos eos eſſe luce meridianâ clariùs demonſtres. Pugnas igitur cum umbra tua. Non ſatis eſt vt dicas, probanda eſt accuſatio tam dira.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Nunc illud 5 ſufficit, hanc eſſe veram 6 tumultuandi *αἰτίαν cauſam*, Vorſtium 7 nihil, niſi *πρόφασιν prætextum*. De vocatione autem ipſius, quæ tam odiosè traducitur, ita ſe res habet. 8 Steinfurti in ſchola non ignobili, & Reformatæ Religionis 9 tenaciſſima, publicè ſacrarum literarum 10 Profeſſor erat Vorſtius, 11 Comitibus Bēthemenſibus, Senatui, Paſtoribus, ut ex teſtimoniis ipſorum apparet, pergratus. Doctiſſimi ex Belgio noſtro viri, amicitiā cum ipſo colebant, ſcriptitabant ad ipſum, de gravioribus quæſtionibus ipſum conſulebant. Complures ipſius contra Ieſuitas libri multum ipſi & gratiæ apud noſtros, &

NOTAE.

5 *Imo non ſufficit dicere, probes oportet: quia negatur.*

6 *quam loqueris odiosè! Novit Dominus quinam tumultuentur, vel tumultuum cauſa ſint.*

7 *Deus bone, quid audes! tam horrēdam calumniam tam audacter ejicis, D. Groti? Ergo qui contra Vorſtiū ſcripſere vel de falſis ejus dogmatis in hiſce Provinciis sūt queſti, eo uſi ſunt ut προφάσει? Apage. Impius ſit, qui hoc faciat. Eſt enim Deo & Eccleſiæ illudere. Non licet tibi quod libet Groti.* 8 *Si hæc narratio inſtituta eſt ad excuſandos Curatores, quod Vorſtium vocaverint, nihil ad nos. Sin ad Vorſtium ipſum purgandum aliquatenus eſt directa, neſcire non poteſt D. Grotius, quid ad hæc omnia ſcriptis editis ſit reſponſum.* 9 *Sed non ſub Vorſtio.*

10 *Sed aſtutus & clandeſtinus ſeductor.* 11 *Notus juniorum Comitum Parenti, de quo conſtat, quid in cauſa Vorſtij de Socinianiſmo jam tum ſuſpecti, egerit. Similiter cum ipſo egiſſent Filij, ſi tam bene ipſum noviſſent. Reſpondit ad hæc D. Sibrandus in ipſa (quam oppugnas) Epiſtola, quod tu diſſimulas.*

laudis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

laudis pepererant. Nuper admodum ipſe Haſſiæ Princeps, cujus & doctrinam & pietatem nemo ſatis unquam laudaverit, ad illuſtrem Academiam Marpurgenſem ornandam ipſum ſolicitaverat. Antibellarminus non ita pridem ab ipſo editus multis eruditis ac pijs laudabatur, quod & breviter comprehenderet graviſſimas hujus ſæculi controverſias, & 13 æquitatem non paulò majorem oſtenderet, quam 14 clamoſi quidam convitiatores magis quam diſputatores ſolent. Inſcriptus erat hic liber Ordinibus Fœderatis, quibus luctuoſiſſimi belli felicem ſatis exitum auctor epiſtola gratulabatur, ſimulque commendabat ipſis Chriſtianam 15 æquitatem, hactenus ut in rebus levioribus, nec ad fundamentum ſalutis neceſſariò facientibus (addita enim erat & repetita aliquoties hęc cautio) diſſenſiones quædam ſalvâ pace to-

13 Æquitas quibuſdam videtur, quæ revera eſt levitas, qualis in Antibellarmino Vorſtiano apparet.

14 Hoc convitium loco præmij à nonnullis hodie ſolvitur orthodoxis, qui puræ Religionis ſunt tenaciſſimi et hereſes eo, quo par eſt, zelo perſequūtur.

15 Non eſt quod cramben hãc reponas, D. Groti. Fruſtra es cum hac æquitatis, fundamenti, *&* cautionum *Vorſtij venditatione. Monſtra, quæ parturijt, peperit,* ſalvâ pace *cum Deo tolerari illi in Eccleſia non poſſunt: quin ea gladio Dei jam videre potes confoſſa, ſi non cæcutis.*

lerarent-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

lerarentur. Hæc admonitio 16 mitibus ingeniis & rixarum fugientibus auctorem conciliabat, præſertim quum eadem ſuadere 17 videretur, quæ tribus ante annis Illuſtriſſimus Elector Fridericus Princeps Palatinus ſcriptis & ad Ordines Fœderatos, & ad ipſum Britanniæ Regem literis. 18 Hæ fuere cauſſæ Paſtoribus quibuſdam apud nos cur apud Curatores Vorſtium laudarent, Curatoribus autem, cur profeſſionem Lugdunenſem ipſi deferrent, communicata prius re cum ſummo Ducũ Principe Mauritio, & Ordinum delegatis: quos eo nomine ſi qui volent accuſare, & Comites Benthemienſes, & Haſſiæ Principem prius accuſent neceſſe eſt: imò ſe quoque ipſos, quum negare non poſſint, ad ea uſque tempora optimè ſe de Vorſtio ſenſiſſe. At ſimul atque compertum eſt

NOTAE.

16 *Fortè an Vorſtianum geniũ olfacientibus? pro mitibus ingenijs nũc habentur* ſceptica *illa & vera rixarum ſeminaria. de illis dicas:* ubiq; dum ſunt, nuſquam ſunt. *In rixoſis autem et contentioſis habentur qui pretioſum veritatis depoſitũ, diligenter cuſtodiunt, neque induci poſſunt; vt lentis illis & faſtidioſis ingenijs delectẽtur.* ὁ μάρτυς ὁ ἀληθινὸς λέγει· ὅτι χλιαρὸς εἶ, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου. *&* *Paulus.* τὸ καλὸν κατέχετε *&:* κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ. *i. teſtis ille fidus inquit: quia tepidus es, evomam te ex ore meo, &: bonum retinete, bono agglutinati.* 17 *Sed revera longè ſuadebat aliud. Princeps Eector & Vorſtius differunt, vt lux & tenebræ.*

18 *Vt tibi nunc videtur, D. Groti, Alijs autem videtur Vorſtium ex lectione libri de Deo alijſq; indicijs jam tum probè iſtic nonnullis fuiſſe cognitum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Zelotis Vorſtium *19* eorum commendationibus niti qui ipſis quam maximè diſplicebant, liber illius de Natura Dei, notus paucis (nam tum primum prodibat) & quem credibile eſt in *20* non multas alioqui manus venturum fuiſſe, diligentiſſimè excuti *21* cepit; inquiſitum ſimul in ea quę *22* dudum acciderant: *23* privata quoque & ἀνέκδοτα *non edita* ipſius ſcripta in lucem

19 Sectatorum ſententiæ D. Arminij, ſcilicet. agnoſcis igitur Vorſtium ab ipſis fuiſſe commendatum, & vocationem ex ipſorũ commendatione et ſuaſu cõfectam & decretam eſſe; Poterat hinc conſtare Curatoribus Vorſtium in articulis controverſis iſti parti aſſentiri. Talem autem vocare quid erat aliud quam parti heterodoxæ animum & vires augere? i. oleum igni addere? Quanto fuiſtet ſatius ex conſilio D. Gomari (cujus futurus ille eſſet Collega) rem hanc gerere, & Profeſſorem vocare orthodoxum, vel ſi neutri parti vellent accedere, negotium differre? Viden' te hic nobis ſuppeditare, de quo jure conqueramur? ipſoſq; Curatores alteri parti jam tum addictos fuiſſe fateri? 20 *Imò contrarium eſt credibile, ſi vera ſunt, quæ paullò ante narraſti: Vorſtium ſc. tam clarum, gratum, laudatum & quæſitum fuiſſe. Qui talis eſt, ejus ſcripta avidè comparantur & leguntur.*

21 *Hoc non ſimpliciter eſt verum. ſunt enim qui de Vorſtio etiam poſt factam vocationem bene adhuc ſentiebant, verùm libro hoc ex bona, quam de auctore conceperant, opinione, ut fit, emto & lecto, ingentem atque incredibilem accepere dolorem, proſpicientes calamitatem Eccleſiæ impendentem, & præſentis mali exaſperationem.*

22 *An, ſcilicet, extremis initium & media reſponderent? an venenum quod vomuerat, recenter hauſiſſet? an verò multis ab hinc annis eo fuiſſet gravidus?*

23 *Dictata ſc. in Schola, vel clàm communicata.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

inviſo ipſo protracta, 24 reſeratę amicorum literæ. Cum his indicijs non ad 25 Ordines eorumve delegatos ventum, non ad Illuſtriſſimum Principem Mauritium, non ad Academiæ Curatores: ſed incredibili

24 *Atque ex hiſce omnibus apparuit Vorſtio blaſphema Socini ſcripta à multis annis fuiſſe in delitijs, & nunc ipſum in eo eſſe, ut pedetentim hæretico hoſpitium paret in Eccleſia. Meminiſſe autem debes, D. Groti, jam ante interceptas literas editum fuiſſe à Diſcipulis Vorſtij blaſphemum iſtum libellum de* Officio Chriſtiani hominis: *quod impudens & atrox facinus omnes pios reddebat attonitos, inprimis verò Ordines Friſiæ, in quorum Academia hoc auſi erant effrænatè.* 25 *Quid ais, D. Groti? quâ fronte? quam primùm Ordd. Friſiæ conſtitit de libello Sociniano Franekeræ edito, & editionis auctoribus, literæq́; interceptæ in ipſorum conventu eſſent lectæ, (quod factum 9. Iulij die Anno 1611.) decreverunt ut literæ omnes accuratè deſcriptæ, & cum autographis fideliter collatæ unà cum libello Franekeræ edito, & duorum Eccleſiæ Miniſtrorum teſtimonijs mitterentur ad Ordines Hollandiæ cum Epiſtola monitoria. Facta hæc ſunt abſque ullâ mora. Verum, quia Ordines Hollandiæ nondum convenerant, omnia (ut erant obſignatâ) à Delegatis hujus Provinciæ ſunt remiſſa in Friſiam ad ipſos Ordines, qui confeſtim, ut eſſet exemplarium copia & præmeditatè in Conventu de tanti momenti negotio poſſet tractari, indicia hæc typis curârunt excudi, & à prælo per tabellarios ad Delegatos Ordinum Hollandiæ, & ſingulos urbium Magiſtratus fideliſſimè tranſmitti, non præterito etiam ipſo verè ſummo Ducum Principe Mauritio. Miſſi ſunt tabellarij 24. Iulij die. Nihil prætermiſſum diligentiæ aut fidei. Secuta eſt de Ordinum Friſiæ voluntate editio cum Præfatione monitoria propter commune deceptionis periculum. Creſcentibus indies indicijs, ſucceſſit altera admonitio, quæ ipſis etiam Hollandiæ Ordinibus fuit dedicata, & per Delegatos hujus Provinciæ exhibita, ſed neque hic præteritus Illuſtriſſ. Princeps Mauritius. Publicè hæc acta ſunt, negare non potes, ſed nec debebas ignorare. Itum ergo eſt, Groti, ad Ordines, ad Ordinum Delegatos. Itum eſt ad Principem Mauritium, Non primùm in Germaniam, ſicuti tu confidenter aſſeris. Ante deprehenſum manifeſtæ ψευδολογίας criminabimur?*

celeritate miſſi in Germaniam primùm, deinde quò non? nuntij qui Socinianiſmi ipſum arguerent: ac ſimiles prolicerent aliorum ſententias, ita ut prius totum illud negotium in vulgi manibus fuerit, quam ad legitimos rectores atque judices perveniret. Hic ubi rumor percrebuit, quam exhorruerint re inopinata perculſi, illi ipſi qui Vorſtium commendaverant, neſcire Sibrandus non poteſt. Vidit enim unius eorum & quem præcipuè deſignat, quum de vocandi Vorſtij auctoribus loquitur, ad Vorſtium literas, apertè ac ſimpliciter ſcriptas: quibus mœrorem ſuum abundè teſtatur. Et ſiquidem falſa eſſent quæ vulgarentur, dilui vult calumniam Chriſtiano nulli ferendam: ſi quid veri ſubeſſet, auctor eſt, ut oblatum munus recuſet, neque Ordinibus & Curatoribus imponat, ſeque in diſcrimen adducat. Ab his enim omnibus Chriſtianum expectari profeſſorem, non Oſtorodianum. Hæc qui ſcribit, & ex animo ſcribit, (neque enim ſcripſit ut vulgarentur) iſne creden-

dus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

dus eſt Socinianiſmo, aut quod idem eſt Oſtorodianiſmo favere, quum eam ſectam profitentes [26] extra Chriſtianorum nomen releget? Ordines verò Hollandiæ, ad quos procul dubio iſtius cauſæ cognitio pertinebat (ipſorum enim eſt Academia, ipſorum miniſtri ſunt Curatores) querelis undique inſurgentibus ſurdaſne aures præbuerunt? Nondum accepta profeſſione, re adhuc integra venit Hagam Vorſtius, exſpectans ſi quis [27] accuſator exſurgeret; cùm nemo appareret, abiit. Multo poſt cœperunt in Ordinum conventu Paſtores aliqui in [28] Melanchthonianam de Prædeſtinatione ſententiam multis tunc allubeſcentem, ſimulque in Vorſtium declama-

26 Si hæc iſtorum verborum interpretatio ſeria eſt & ex mente Auctoris, eſt ſanè quod gaudeamus. Aliàs qui verè ſunt Sociniani & Oſtorodiani, hoc tamen nomine ſe appellari ferunt ægerrimè, quia ſe non à Socino aut Oſtorodo ſed Chriſto pendere jactant, & Chriſtiani præ cæteris vocari volunt. Quin etiam non abſone, vel tu ipſe dixeris, Ordines non velle Profeſſorem Mennoniticum, Lutheranum, Flacianũ, aut etiam Papiſticum, ſed Chriſtianum; nec tamen inde voles ſequi, te eos, qui ſectas iſtas profitentur, relegare extra nomen Chriſtianum.

27 Accuſabatur Vorſtius à ſe ipſo, & ſuis diſcipulis, id eſt, à ſuis & ſuorum ſcriptis, quæ tam à Curatoribus & Ordinibus ipſis, quàm Eccleſiarum Miniſtris legebantur: ita vt alijs accuſatoribus non eſſet opus, niſi nodum velimus quærere in ſcirpo.

28 Etiam bonus ille Melanchton inter προφάσεις? ſupra nominabas Sibrandianam. Si ita voles denominare ſententias, una & eadem ſententia pro numero aſtipulatorum erit multiplex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

re, non tamen ut in ipſum 29 inſcribere auderent. Crimina tamen quæ adferebant, ſanè erãt graviſſima. Dicebatur enim Vorſtius negare τὴν ὁμοούσιον, καὶ ἀσύγχυτον, καὶ ἀδιαίρετον τριάδα, *Conſubſtantialem, inconfuſam & indiviſam Trinitatem*, Chriſti, imò & Dei, veram æternitatem, immenſitatem quoque, & ubique præſentiam οὐσιώδη, *eſſentialem*, tum verò & immutabilitatem, & omnipotentiam, & rerum futurarum, maximè τῶν ἐνδεχομένων πρόγνωσιν, *Eorum quæ non neceſſario fiunt prænotionem*, præterea τοῦ Θεοῦ τὸ ἀσώματον καὶ τὸ ἄποιον *Deum eſſe ſine corpore ac qualitatibus* inficiari, metum verò ac deſperationem Deo tribuere, & quidem κατὰ κυριολογίαν *propriè loquendo*: ne id quidem agnoſcere, Chriſtum Deo pro peccatis noſtris verè ac plenè ſatisfeciſſe: in ſumma, & Samoſateni vetera, & Socini nova dogmata ſectari. Hic ego optima fi-

29 *Nec opus erat ut id facerent: Monebant ex officio, & periculum commonſtrabant: petebant inſuper convocationem Synodi, in qua de tota cauſa cognoſceretur & judicaretur. Si quis ſtudio gloriæ Dei & boni publici idque ex officio prodit, ut præſentiſſimum malum indicet, ilicò* Accuſator *ſit oportet, & in* Reum inſcribat *ſcilicet; &, quod ſequitur:* Accuſator eſt, ne judicet. *Hæ artes bonos territant. Sed ubi tu tunc latitabas, D. Groti? Cur non tot instructus indicijs ſurgebas* Accuſator *in Vorſtium, ſicuti nunc facis in D. Sibrandum? Adducebas ſuprà Legem Rhemniam, nullamne poteras invenire Legem, ex qua tibi actio eſſet in Vorſtium, qui Deum & Ordines Hollandiæ dicebatur ludere, portentoſaſque hæreſes in Belgium importare?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

de profiteor, neminem me noſſe in omni Hollandiæ conventu, qui non iſtis opinionibus & omnibus & ſingulis dicturus ſit Anathema. Quid ergo Vorſtius? faſſuſne eſt omnia? imò 30 nihil horum: Socini etiam 31 errores ſua voce damnavit. Hic ego pios omnes etiam atque etiam compello, diligenter expendant, quodnam in eo judicio fuerit τὸ κρινόμενον *Caput controverſiæ, ſive judicatio.* Non enim id quærebatur, an ad profeſſionem admittendus eſſet, qui ea quę antè retulimus, aut his ſimilia & ſentiret & doceret: nam talium errorum magiſter quin admittendus non eſſet, admiſſus quoque ejiciendus quin eſſet, nemo omnium dubitabat. Sed litis illius non juridicialis, non finitivus, ut loquuntur Rhetores, ſed inficialis erat ſtatus, negante Vorſtio hæc à ſe aut dicta, aut cogitata, contrà affirmantibus aliis. Audita eſt cauſſa, præter ſex velut accuſatores, præſentibus Theologis ſex aliis, Socinianiſmi nunquam antea ſuſpectis, qui conſilium Ordinibus præberent. Poſteà ex Britannia venerunt

30 *Quid & quomodo faſſus ſit & negârit, patet ex Apologijs ipſius, & ſcriptis Sereniſs. Regis M. Britanniæ, variorúmque Doctorum in hiſce Provincijs: Inter hos nullus eſt qui tibi concedat ipſum nihil iſtorũ faſſum eſſe, imò qui nõ cõtendat nihil horũ eſſe quod non ſit faſſus ſuo more, hoc eſt, ante et uno loco loco impudenter negando, reſervatis ſibi exceptionibus & diſtinctionibus mentalibus; ponè & alio loco vel manifeſtè ſatis aſſerendo, vel per anfractus & cryptas ſuarum diſtinctionum inſinuando.*

31 *Quos ſc. habebat pro talibus.*

literæ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

32 literæ: Eventum videamus. 33 Laudatuſne eſt Vorſtius, quod ſubtiliter ſcripſiſſet? non ſanè: at 33 abſolutus ſaltem? ne hoc quidem. Legibus receptum eſt, ut reus honores quidem petere novos non poſſit, ante autem adeptos gerere ut poſſit. Adſcriptus Profeſſorum albo fuit Vorſtius. Speciosè dici poterat, non eſſe poſſeſſione ejus muneris 34 depellendū quādiu cognitio penderet. Abſtinet tamen ab eo munere. Lugduni jam habitabat, libera in urbe, eo in ſolo quod errorum quantumvis gravium manifeſtos, præſertim quietem & ſilentium pollicētes ferre jamdudum dedicerat. Adeóne aut iniquum, aut invidioſum erat, ſi in tam populoſa civitate, in tanta hominum diverſa ſentientium frequētia unus hic homo 35 privatus & quietus viveret? Sed ne hæc quidem ca-

32 *Habeantur hic cum ipſa Regia declaratione pro inſertis; recordetur Lector quam clarè, inſtanter & fortiter Majeſtas Regia docuerit & contenderit hujus verſipellis hominis cōfeſſionibus & negationibus non eſſe ſtandum, ſed ex ſcriptis et albis eſſe judicandum.*

33. 33. *Quæ hic cohærentia? eſtné* abſolvi *minus aliquid quā* laudari nomine ſubtilitatis in ſcribendo? *Non ſanè. Condemnari poteſt peſſimus hæreticus, cujus tamen laudetur ſubtilitas, ſumta ſimpliciter, non reſpectu abuſus.*

34. *Nec depulſum ſe agnoſcit Vorſtius, qui in Parænesi recens editā aſſerit* Se inter Profeſſores Leidenſis Academiæ huc uſque nomen aliquod optinere, *pag. 16. Honorarij, opinor.*

35 *Privatum ſe non agnoſcit Vorſtius, quietè autem vivere negant ſcripta, quibus non paucos ſeducit, aut in errore confirmat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſumniæ occaſio relicta eſt. Elegit ipſe ultro [36] ſecretum [37] citrà noxam cujuſquam, citrà periculum, citrà ſuſpicionem quoque, ab Ordinibus admonitus, ut ibi dicta factaque ſua Deo ac [38] conſcientia judice examinaret, [39] quæ defendi poſſent, defenderet; quæ non poſſent, ea ingenua erroris confeſſione expiaret. Veteres Imperatores & multo purioris ævi Concilia ſatis ſe ὀρθοδοξίαν *Rectitudinem in doctrina* teſtari arbitrantur, ſi prava dogmata docentes, [40] confitentes, propugnantes etiam, Epiſcopatu demoverent. Severiſſima pœna erat inſula claudere, non tamen extra Romani Imperij fines. Ordines Hollandiæ, quorum ſub imperio Vorſtius Socinianiſmi quidem accuſatus, ſed tamen palàm voce ſuâ [41] Socini dogmata condemnans, dum plenius cauſa cognoſcitur, nõ [42] pro-

36 *At Vorſtius in eadem Paræneſi affirmat* Goudanam Eccleſiam eſſe unã ex præcipuis Eccleſiis Hollandiæ, *p. 16.*

37 *Cum noxa & periculo multorum ibi degit Vorſtius, unde editis ſcriptis falſa dogmata ſpargit.*

38 *Non tamen hoc fine, vt à conſciẽtia, judicio, examine, aut confeſſione Vorſtij hæc lis dependeat.*

39 *Hac admonitione egregiè ille hactenus abutitur, non ceſſans pertinaciter falſa inculcare, & vera impugnare.*

40 *Quin & negantes aſtutè, et veteratoriè ludificantes, occultantes, tergiverſantes, &c. ex actis tamen ſcriptis & dictis convictos & condemnatos.* 41 *Negabit hoc Vorſtius ſimpliciter,* ὅλως *à ſe factum: Quæ autem non condemnet ſed defendat in ſuis Apologijs et collationibus, docuere Rex. M. Britanniæ, D. Sibrãdus, Sladus et alij.*

42 *Ipſe verò ſe Profeſſorem jactat, et tu modò dicebas ſecretum ipſum ultrò elegiſſe.*

NOTAE.

43 *Hoc de Ordinibus Hollandiæ D. Sibrãdum ſcripſiſſe nondum probaſti, nec opinor, probabis.*

44. 45 *Quam tu hujus charitatis et æquitatis memor es erga Sibrãdum et alios, D. Groti?*

feſſione tantùm, ſed Academia quoque abſiſtit, ut 43 fautores Socinianiſmi apud Reges, apud Eccleſias traducuntur. Quam longè abeunt iſta judicia, non jam dicam à Chriſtiana 44 charitate, quæ μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ ζηλοῖ, οὐ περιπερεύεται, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, *Longanimis eſt, benigna eſt, non invidet, non agit perperam, non exacerbatur, non cogitat malum, omnia tegit, omnia credit, omnia ſperat*, ſed 45 ab æquitate etiam illa, quam multi in Gentibus habuere, quæ cõſilii ambigui interpretationem in benignius trahit. Accedit, quod ne dubium quidem eſſe poteſt, qui ſit Ordinum animus ac voluntas; quum Britanniarum Regi, non ob Imperium magis quàm ob virtutes venerabili, clarè ſignificarint, aliam ſe quàm Reformatam Religionem in Academia doceri nunquam paſſuros. Ipſi Paſtores, quos ut nimium amicos Vorſtio Sibrandus exagitat, palam in conventu Ordinum teſtati ſunt, ea quæ Samoſateniani aut Sociniani docere de Sacroſancta Trinitate; de Domini noſtri Ieſu Chriſti perſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

perſona atque officio, de perfecta pro peccatis ſatisfactione, de juſtificatione etiam dicerentur, à ſe rejici: contra verò ijs ſe adhæreſcere quæ univerſa Chriſtianitas illis de rebus probaret: quæque paſſim in 46 Reformatis Eccleſiis docerentur, & quæ ipſi docuiſsēt hactenus. 47 Ordines ne aliter fieret ſibi placere non uno decreto teſtati ſunt. 48 Vbi igitur illud diſcrimen, illud

46 Itané an ſecus hæc ſe habeant, tempus docebit. De Bertio ſaltem, Venatore & ſimilibus intelligi hæc nequeunt.

47 Aliter tamen conſtat fieri à Bertio (qui juventuti ſacro miniſterio deſtinatæ in Colleg. Ordinum Hollandiæ præeſt) idq; in graviſſimo articulo Iuſtificationis, ſicuti patet ex Epiſtolica ejus diſceptatione, habita cum D. Sibrando, & nuper editâ. Quantum & Venatoris Religio diſtet à Reformatis, patet ex ipſius Declaratione, et ſcriptis Miniſtrorum Eccleſiæ Dordracenæ. 48. *Præterijt. In ipſo enim malo (licet minori quam vellet Vorſtius) jam verſamur. Falſa dogmata in Eccleſijs ſparguntur, & non pauci ſeducuntur: ſed periculum & diſcrimen mirum eſt quod tu ipſe non videas. Fateris Vorſtium accuſari Socinianiſmi, peſtem, venenum, hæreſin, quam pij omnes exhorrent, appellaſti. Cognitionem adhuc haberi nondum autem finitam eſſe aſſeris. Quid ſi vel te judice tandem Socinianiſmi convincatur & damnetur? Nullumné igitur vides periculum? præterea, quod quidem aut non vident, aut videre nolunt, aut videri volunt ſe non videre, alij plurimi vident, etiam de ipſa plebe, quos avidè venenum ex Vorſtij ſcriptis haurire, proh dolor, videmus. Et vident ipſi Sociniani, atque in ſinu gaudent. Sic multi boni & pij mala vident & plorant, mali item multi vident, ſed ſectantur & rident. Ne nobis blandiamur, aut falsâ felicitatis perſuaſione nos ipſos et alios decipiamus, ſed potiùs ſolicitè caveamus, Groti, ne in nos quadrent iſta Filij Dei Apoc. 3. dicis:* Dives ſum, ditatus ſum, nullâ re opus habeo. Neque noſti ærumnoſum te eſſe & miſerabilem, pauperem, cœcum, nudum, *etc. & illud Ezech 10.* Dicunt pacem eſſe, ubi nulla eſt pax: hic extruit luteum parietem, & illi obducunt cum inepto tectoris, *&c. Profecto, Groti, ſi tu nihil aut parum hic vides periculi, orandus eſt Deus, ut tibi oculos aperiat, D. Groti.*

periculum, & quidem ſummum Eccleſiarum? quæ cauſſa cur eædem Eccleſiæ tanto in timore ac ſolicitudine proſtratæ pene jacerent, ut libet noſtro rhetori παρατραγῳδεῖν *tragicum in modum ampullari*; Habebant Eccleſiæ rectores, defenſores, educatores ſuos, eoſdem quos habuerant hactenus, eodem quo ſemper in ipſas animo, quibus diffidere, de quibus ſuſpicari ſequius, niſi ingratæ admodum eſſe vellent, non poterant. Sed habet hoc Sibrandus, & cum illo alij: Eccleſias loqui & ſentire faciunt, *49* quicquid ipſis in mentem venit. Illud verò ſanè egregium eſt, quod ea quæ Rex maximus in oppugnando Vorſtio fecit (qua in re longè aliud ſpectavit Majeſtas ipſius, *50* aliud ſpectat Sibrandus) ijs beneficijs componit, quę admirabilis Regina Eliſabetha patriæ noſtræ extremis ejus rebus præſtitit. Igitur & *51* Pontifici Roma-

49 Et tu, D. Groti, dum hæc ſcribis, nõ cogitas te ſcribere quicquid tibi venit in mentem?

50 Ubi jam tua illa Charitas & æquitas, quam modò commendabas tam patheticè!

51 Si damnũ animarum & vim ſeductionis ſpectes, non eſt quod tantoperè tibi in hac tua admiratione placeas. Non enim iſti ſuâ Tyrannide & craſſa idolatria tam ſunt apti nati ad ſeducẽdum, atque Vorſtius et Sociniani, ſubtiliſſimâ fraude & emẽtitô pietatis & charitatis miraculo. Deinde etiam ad Deum reſpice, D. Groti, quem ſalvâ in Eccleſiis verâ Dei agnitione & cultu ſenſimus Amicum et propugnatorem; illis verò profligatis experiemur hoſtem & quidem infenſiorem, quo majora ejus in nos fuere beneficia. Et quid ſi (quod Clementiſſimus Deus avertat) ipſos Ordd. Hollandiæ ſeduxiſſet, aut queſdam è præcipuis ſeduceret, quo loco futuræ eſſent res Eccleſiæ Belgicæ? Scis Satanam eos imprimis petere, quibus proſtratis latâ viâ graſſetur in obvios quoſque.

no,

no, & Regi Hiſpanorum par eſt Vorſtius, homo ſiquid Sibrando 52 credimus, ſtupidus, indoctus, ferula dignus, ut qui ne ſyllogiſmum quidem, opus puerile, nectere didicerit, *non metuendus* denique (Sibrandi hæc quoque verba ſunt) *Eccleſiis adverſarius.* Quod ſi Regis optimi in nos beneficia ab illo commemorari debuerunt (ita enim agit, 53 quaſi præter ipſum alius nemo ea ſentiat, agnoſcat, fateatur) cur ea præterit quæ 54 præcipua ſunt, quod ad demonſtrandã & amicitiam & ὁμοδοξίαν *conſenſum in doctrina,* 55 filij ſui baptiſmo teſtes adhibuerit Ordines Fœderatos, quod & ante & poſt Eliſabethæ exceſsũ ſubditorũ ipſius ſanguine defenſa ſit hęc patria, quod etiã pace cum Hiſpano cõfecta, quantę ipſi curæ eſſet Reip. noſtrę ſalus perpetuò oſtẽderit, nec quieverit ante quam ipſo impri-

52 At non credent hæc de Vorſtio, qui ipſi adhærent.

53 Serioné hæc, D. Groti?

54 Præcipua ſunt quæ Dei gloriam et animarum ſalutem propiùs tãgunt.

55 Profeſſor Theologus cõmemorat beneficium ad ὀρθοδοξίας conſervationem pertinens. Etiamnè hoc ægrè fers? utique, D. Groti, tibi ſatis eſt quod agas, ſi homo politicus enarres cætera quæ Politiam propiùs attingunt. Si omnia dixiſſet Sibrandus, potuiſſes queri de falce in tuam meſſem miſsâ, nunc lætare de non præcepta tibi palma, nec moleſtus eris ſi vel prolixum de tanti Regis virtutibus contexas volumen. Parum abeſt, quin Ridiculus hic ſis accuſator, D. Groti, Manſit Sibrandus intra limites. Diſputat contra Vorſtium, Regi pro ijs, quæ in eadem cauſa egit, habet gratiam. Factum hoc D. Sibrandi ita exagitas, ut, ſi tibi Regiarum laudum præconiũ eſſes commiſſum, inſigne hoc beneficium Eccleſijs præſtitum, omninò videare prætermiſſurus.

mis adjuvante effectũ eſt ut nos quoq; honeſtiſſimis legibus arma poneremus? Quã multa ipſius fida conſilia, quot & quantas liberalitates tacet? Rurſum, ſi ad laudes Regis prædicandas aptior 56 quiſquam inveniri non potuit, cur prævaricatur, cur ea omittit quę ſunt 57 potiſſima? Dixiſſet ingenium ipſi eſſe 58 mitius, quam regnis unquam contigit, doctrinam, in privato quoque ſuſpiciendam. Dixiſſet, ita eſſe reverentem 59 antiquitatis, ut non ad ſola Calvini ac Bezæ (magnorum alioqui virorum) 60 nomina ſtupeat, Gręcos autem Latinoſque Patres 61 ferociter contemnat, ſed ab hac hodierna Eccleſia ad illam veterem perpetuò reflectat oculos, neque nuperis quibuſdam magiſtris ſuam gratificetur fidem, ut quos non errare tantùm credit potuiſſe, ſed in 62 quibuſdam novit er-

NOTAE.

56. *At quando, D. Groti, ſarcaſmis ſatiabere? D. Sibrandus laudavit Regem, ergo aptior nemo inveniri potuit. Apage nugas. Quorſum hæc quærimonia? Anne Regẽ laudare aut Sibrãdo vetitum, aut tibi ſoli injunctũ? age lauda et tu Regẽ, non hoc tibi aut Regi invidebit D. Sibrãdus.*

57 *Etiam poſt* præcipua *ſunt* potiſsima.

58 *Adde, obſecro, quod ſentis. D. Groti. In cauſa Vorſtij te tuiq; ſimiles Rege mitiſſimo lõgè eſſe mitiores; i. verè lentos.*

59. 60 *Propheticæ et Apoſtolicæ ſimpliciter, ſequentis verò κατά τι. Quod etiam de Calvino et Beza, omnibuſq; orthodoxis doctoribus v rum eſſe negare non potes.* 61 *Quam tenuiter et jejunè D. Grotii? Adeóne rarum, ſingulare et admirandum eſt non ſtupere ad* ſola nomina *Cal. et Bezæ, et Patres non* contemnere ferociter? *qui hæc laudat ut* potiſsima *inopiam arguit materiæ: fatearis enim oportet hæc multis eſſe communia. Satius fuiſſet tacere, quàm ſic D. Sibrandi defectum ſupplere.* 62 *Idem credit Rex Sereniſs. de Patribus tam Græcis quàm Latinis.*

raſſe. Dixiſſet, ita ſtudioſum eſſe pacis Eccleſiaſticę, ut in controverſijs olim quoque decertatis, aut nuper ſubortis, 63 diſſenſiones æquo ac placido animo ferat, dū ſalva & inviolata maneant illa, quæ ſemper, ubique, perſeveranter, & tradita ſunt & credita. 64 Denique, ſi gratus eſſe voluit, cur gratias Regi non egit, quod nuper ad ſedandos Eccleſiæ noſtræ motus, fidele, ſapiens, ſalubre conſilium dedit? Legerat Rex ipſe 65 capita defenſa à Remonſtrantibus noſtris, hoc eſt, ab ijs qui à Calvino & Sibrando in Prædeſtinationis negotio καὶ ἐν τοῖς ἐχομένοις *& in his quæ inde pendent*, diſſident. Quid Calvinus doceat, quid Whitackerus, quid Perkinſus defenderint, ſatis noverat. *Experiendo didiciſſe ſe* ait, *Theologorum diſputationibus iſta vix ſolere componi: auctoritate publica opus eſſe, ut ne ad plebem ferantur iſta certamina: pax autem colatur, alijs alios in iſta opinionum diſcrepantia ferentibus, ſaltem donec maturè cognito negotio per ipſos Ordines aliud ſtatuatur.*

63 De Arminianis ſaltem contrarium teſtantur Regiæ literæ, quæ extant in Declaratione Gallicè editā.

64 Nempe hoc volebas. Sed ſi D. Sibrandus hæc dixiſſet, quid tibi fuiſſet reſervatum? laudas hoc conſiliū ut ſapiens, fidele, ſalubre, annon etiā tale tibi videtur, quod dedit in cauſā Vorſtij, Arminij, & ejus ſectatorū?

65 At ex nudis Capitibus non eſt mirum, ſi quis harum diſſenſionū naturam et conditionem non ſatis intelligat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſtatuatur. Additq; rationem 66 veriſſimam: *Non ita diſsidere has ſententias, quin cum fidei Chriſtianæ veritate & animarum ſalute conſiſtant.* Hoc de conſilio longè prudentiſſimo altum in Sibrandi libro 67 ſilentium. Nec

66 Veriſsimam? *multùm dixiſſes, ſi dixiſſes verã. Qui verò dicit doctrinã Eccleſiarum noſtrarum Deo tribuere* Tyrannidem, ſummam inſipientiam, hypocriſin, qui *dicit doctrinam noſtram* veræ pietati & bonis operibus eſſe pernicioſam, illis ponere impedimentum & obicem, ſtudium pietatis & omnis Religionis enervare, univerſæ Sacræ manifeſtè contradicere, Miniſterium Verbi enervare, Spiritus ſancti admonitiones reddere inanes & inefficaces; *Qui hæc (inquam) & ſimilia penè innumera abſque modo & ſine vehementiſſimâ animi ingeniique virium cõtentione de ſententia noſtra pronunciare non erubeſcit, num etiam tibi videtur dicere,* Veriſsimum eſſe *(in gradu ſuperlativo)* quod noſtra ſententia cum fidei Chriſtianæ veritate & animarum ſalute poſsit conſiſtere? quomodo obtineatur ſalus, ubi Spiritus ſancti monita inania ſunt & inefficacia? *Tu ipſe expende an non, ſi vera dicerent, pia mens à tali doctrina jure abhorreret, annon, qui tam manifeſto in cauſa ſalutis ſe committeret periculo, ipſam ſalutem quaſi proiiceret? Quicquid obtendas (liceat tecum loqui)* Scimus, & hoc nobis nõ altiùs inſeret Ammon, *eos, qui ſic ad ravim in nos declamitant, omni conatu id agere, ut paulatim noſtram doctrinam velut ſaluti animarum pernitioſam, & abominandam omnes urbe & agro eant exterminatum. Hæc autem de doctrina noſtra paſſim inculcunt. Vorſtius in Collatione cum Piſcatore, & ſex (quorum tu cauſam agis) Remonſtrantes in Colloquio Hagenſi, aliiq; horum aſſeclæ in ſcriptis editis, ut Bertius, Venator, etc.*

67 *Nec injuria. Diſputat D. Sibrandus contra* Vorſtium, *Regem, quod in eadem cauſa tam egerit Heroicè, collaudat. Si diſputaſſet contra Arminiũ, potuiſſet eundem Regem laudare, ut qui etiam de ejus cauſa Ordines fideliter admonuerit. Contra Remonſtrantes non diſputavit Sibrandus, quorſum igitur hujus conſilii meminiſſet? Deinde quî ſcis an & quid D. Sibrando de hoc Regis conſilio conſtiterit? Quod in cauſa Vorſtii Rex egit, ipſe publicavit; Hoc verò conſilium non itidem. Aliud denique eſt de nudis iſtis Capitibus Remonſtrantium judicare, aliud eſt oculos reflectere ad alia ſcripta & acta Arminii & Remonſtrantium.*

difficilè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

difficilè eſt cauſam conjectare. Si ille quod 68 ſentit profiteri auderet, diceret, Regem ſententiam promſiſſe de ijs quæ ſuæ notionis non erant. Non debuiſſe ipſum de Prophetijs judicare: nam ex Sibrandianis decretis id munus 69 Prophetarum proprium eſt: ex ijſdem autem decretis Rex Propheta eſſe non poteſt, 70 niſi forte Eccleſia Londinenſis, aut aliqua alia presbyterum ipſum annalem fecerit. Atqui laudabat Regem Sibrandus, quod Vorſtium damnaſſet. Nempe, ut Caſcellius olim, conſultus an nux pinea pomum eſſet, Si in Vatinium, inquit, miſſurus es, pomum eſt:

68 *Audebit profiteri, quod ſentit, neque tamen hoc dicet, quia aliter ſentit, & contrariũ dixit.*

69 *Prophetam eſſe Regem (vt quidem in præſtantiſſimis) quĩ neget D. Sibrandus, cùm ejus Prophetiæ in omnium ſint manibus, & in ipſa Epiſtola (quã tu exaguas) à* ſingulari rerum divinarũ ſcientia *ipſum cõmendet, imò in altera ad Ordd. Gen. ſcripta affirmet*, eum in Theologia ita excellere, ut eximiâ ſacrarum literarum ſcientiâ Theologos hujus ſæculi vincat, & omnes docti, orthodoxique Theologi, qui hoc ſeculo clarent, illi aſſurgunt: *Monet etiam ne* Tanti Regis Iudicium contemnant aut vilipendant. *Nec recuſabit, opinor, D Sibrandus, cauſam hanc coram Tanto Rege diſceptare, ejuſque judicio ſtare. Si lubet, ex ipſo cognoſce D. Groti.* 70 *Satis ſarcaſticè. Sed ubi dixit D. Sibrandus ſe ſentire, quod nulli ſint præter Miniſtros aut Presbyteros (quos jocosè vocas) annales Prophetæ? Si omnibus Chriſtianis competit judicium de doctrina ſalutis, & vel unius rectè prophetantis & judicantis plebeij judicium præſtat judicio Synodi malè prophetantis, quid putas Sibrandum ſentire de judicio Magni iſtius Regis? Multi ſanè non vocantur ad judicium Synodale, qui tamen quam maximè eſſent idonei ad judicandum; hoc tamen ordinem & vocationem in Eccleſia non evertit aut impedit.*

Ita in Vorſtium Rex Propheta eſt, 71 pro Remonſtrantibus non eſt. 72 Ita ſolent illi homines jus & auctoritatem Regum liberaliter prædicare, quamdiu ea ſtatuunt, quę ipſis videntur: ſiquid inde diſceſſerint, actum eſt de regio jure. Maximo ſane Regis optimi merito, quum hac tranſirent filia ejus ac gener, Illuſtriſſimi Principes, urbes noſtræ nullis lætitiæ, nullis reverentiæ, nullis obſequij ſignis abſtinuere. Sed 73 ridiculus eſt Profeſſor, quũ omnia iſta ad unam cauſam Vorſtianam refert: Næ is

71 Ain' Regem pro Remonſtrantibus pronũctaſſe? ubi ſententiam ipſorum probavit? aut noſtram damnavit? Qui Arminij doctrinã damnat, quũ probet doctrinam Remõſtrantium? Aliud præterea ſunt quin que iſti articuli, aliud Remonſtrantes. Alia eſt conſideratio articulorum iſtorum abſoluta, alia eſt reſpectiva, cum reſpectu ad Remonſtrantes & modum, quo iſtos defendunt & explicant. 72 Ita tu ſoles, D Groti, conſilium hoc Regium, (quod narras) quia Remonſtrantibus putas favere, quamplurimum nobis vendere, & (tu videris an tanto Regis quanto Remonſtrantium amore) ad cœlum tollere. Quod autem contra Vorſtium & Arminium idem Rex egit, tanto Zelo & quidem palàm, hoc ſicco pede tranſis. Totum hoc eſt, quod ſupra uno quaſi verbulo dicebas: Venerunt ex Britannia literæ. *Acſi ad ſcopulum navim appuliſſes, ilicò vela ventis—vox faucibus hæſit. 73 Quin potiùs vide an non ridiculus tu ſis accuſator D. Groti, qui* gentium æquitatis, *quam modò prædicabas,* quæque conſilii ambigui interpretationem in benignius trahit, *jam planè oblitus es? Qui unam cauſam eamq́ʒ ad materiam, quam præ manibus habet, pertinentem ponit, num alias negat? Cui perſuadeas D Sibrandum alia Regis Optimi merita negare? Beneficium ſane recens in cauſa Religionis præſtitum, animos eorum, quibus ὀρθοδοξία cordi eſt, vehementer commovit conſpectâ Benefactoris gratiſſimâ prole.*

qui ita æſtimat, aut Vorſtium 74 magni (quod videri tamen non vult) aut plurima Regis beneficia parvi facit. Quid quod in honorandis Principibus non poſtremi fuere hi quos Orthodoxos Sibrandus non agnoſcit, quos 75 Vorſtij fautores, quos 76 Sociniſtas in odium confictis appellationibus vocat? Sed tamen, videamus quid Ordines Hollandiæ in 77 tractanda Vorſtij cauſa tantopore peccaverint. Primùm, hoc 78 innuit, quum Rex & Theologi præterea

74 *Eccleſias* magni *facit Sibrandus: Neque ſi D. Sibrando nihil eſt à Vorſtio periculi, deſunt alij quibus ille poſſit nocere plurimùm: & dolet pijs, quod ſanctum Dei nomen blaſphemis hæreſibus profanetur. Næ qui hoc beneficium Regis facit parvi, non magni etiam facit Eccleſiam Filij Dei. Exagitas Sibrandum, quod* parvi *faciat Vorſtium, te igitur oportet ipſum* magni *facere, quid ergo tam fers indignè, quod* magni *æſtimetur beneficium ejus, qui contra* magnum *hoſtem Ordd. & Eccleſiis venit ſubſidio?* 75 76 *Petis principium. Hoc ipſum quæritur, An Sibrandus ita appellârit* Ordines *Hollandiæ? probes oportet: de* quibuſdam *ille dixit, non de* Ordinibus. 77 *Hoc verò longè aliud eſt. Tu hæc ſequentia cum præcedētibus ita connectis, acſi D. Sibrādus ea, quæ in* Ordinibus *Hollandiæ (quod ad cauſæ Vorſtianæ tractationem attinet) deſiderat, adduxiſſet ad probandum quod iidem* Ordines *Socinianiſmi eſſent fautores. At hoc ſe aliter habere, ſuprà annotavimus. Aliud eſt eſſe quoſdam Socini fautores, Aliud eſt, Ordines Hollandiæ multò tutiore & laudabiliore modo potuiſſe tractare cauſam Vorſtij. Poſſunt Ordines Socini blaſphemijs non favere, quod lubenter credimus, & tamen poſſunt hac vel illâ ratione impediri, quominus in cauſa Vorſtij agant, quod aliàs agerent non impediti.* 78 *Innuit, dicis. Verum* accuſator nihil non *(verba tua ſunt)* compertum *adferre debuiſti. Ubi innuit? quibus verbis? Loquitur ibi D. Sibrandus de Curatoribus, ſe, ait, non videre,* quid poſt tot Regis monita, & poſtquam ab ipſo Rege aliiſque Theologis in lucem pertractæ eſſent Vorſtii hæreſes, amplius potuerint prætendere, *Idem dicit, & ſatis leniter, quod ipſe Rex pag, Declarat. 37.*

nonnulli de Vorſtio pronunciaſſent, 79 ãplius quærendum non fuiſſe. Atqui hoc Rex ipſe noluit: monere ſe dixit, non ſententiam ferre cujus exſequutores eſſent Ordines. Imò coram toto orbe teſtatus eſt, nihil ſe ipſis præſcribere; nihil ſibi arrogare adverſus ipſorum libertatem: nolle extra territorium jus dicere. Ergo ab ijs, quorum ſubditus iam erat Vorſtius cauſſa fuit cognoſcenda. *Nihil neceſſe erat, inquit* Sibrandus: *non petebamus enim condemnari Vorſtium, ſed dimitti: quod fieri honeſtè poterat, præſertim quia Ordines à Vorſtio nequiter erant decepti.* Dimittere igitur, hoc eſt, aut munere publico ad quod 80 receptus iam erat, aut etiam totis finibus interdicere, condemnatio non eſt, pœna non eſt. Solent hæc ſcilicet de plano, 81 indicta cauſſa fieri. Perbella verò ratio, citra

79 *Innuit hominem honeſtè potuiſſe tum temporis dimitti, et hic cum Rege facit D. Sibrandus, uti patet ex Declaratione.*

80 *Antequam reciperetur, excuſatione laudabili arceri potuiſſet tã periculoſus hoſtis. vide verba Regis Declarationis pag. 7. Iam enim conſtabat, ſi admitteretur, aut horrendum ſciſma imminere, aut de ijs diſputandum, quæ in dubium vocari nõ poſſe abſque triſtiſſimo ſcandalo nemo pius diffitebitur.*

81 *Imò fieri potuiſſet* dictâ cauſsâ, *quam ſc. ſuggeſſit toties Rex M. Britan. hac nimirum: quod conſultum eſſet gratificari Regi confœderato, vicino, orthodoxo, Provincijs ſocijs, primarijs ipſius Hollandiæ urbibus, tantæ ſubditorum piorum multitudini, Eccleſijs domeſticis & extrancis, quorum omnium votis, monitis, judicijs plus fuerit tribuendum, quàm Vorſtio: Hæc cauſa ſi fuiſſet dicta, quantus ſecutus fuiſſet applauſus extra & intra haſce Provincias? Liberaliter aliàs prædicant Politici, quantum paci & concordiæ ſit dandum.*

cogni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

82 cognitionẽ dimitti debuit, quia deceperat Ordines, quũ hoc ipſum cognoſcendũ fuerit, an decepiſſet. Si jura Sibrandus non didicit, illam tamen auream ſententiam ignorare non potuit: μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ; *An lex noſtra iudicat de quoquam niſi prius ipſum audierit, & quid agat intellexerit?* Sed urget, 83 *Auditum ſatis eſſe cuius libri extant.* Hæc quoque nova eſt Iuriſprudentia, & turbãdæ humanæ ſocietati. Profertur chirographum alicujus: Ne citetur

82 *O felix Belgiũ, ſi cognitio cauſæ tam turpis & ſcandaloſæ extra tuos fines fuiſset ablegata, aut tu ab ea fuiſses præſervatũ! Ira, ſcilicet, Altiſſimi eſt, quæ impedijt.*

83 *Obijcit Sibrandus ſibi ipſi:* At, inquient non erat auditus. *Reſpondet* hoc non eſſe ſimpliciter verũ, ejus enim libri extant, quos quoties legimus, audimus ipſum. *Attende animum ad verba Sibrandi: Non negat aut excludit alios audiendi modos; præſertim in theſi, acſi univerſaliter* ſatis *eſset auditus ille cujus extant libri: poteſt enim accidere, vt aliquis per imprudentiam, aut ſtyli vitium, aut doctrinæ imperfectionem (quis enim ſanus ſtudeat obſcuritati acſi nollet intelligi?) ambiguè ſcribat aut obſcurè, vt niſi audiatur, aut aliàs de mente ſcriptoris conſtet, judicium ferri nec poſſit nec debeat. Sed in hypotheſi Vorſtiana hoc ſolum dicit Sibrandus, eos errare, qui dicunt* ſimpliciter *Vorſtium non eſse auditum, id eſt, nullâ ratione eſse auditum. Hoc dicit non eſse* ſimpliciter *verum, cùm libri Vorſtij extent, in quibus ſit auditus aliquo modo, nempe per* lectionem, *licet non eſset auditus coram ſeu in perſona, (ut loquuntur.) Neges tu illum audiri, cujus ſcripta leguntur? Nega igitur illum, qui ſcripſit, loqui, quæ phraſis utique in ſacris & profanis eſt receptiſſima. Ad hæc, mirum eſt te non cogitâſse de communi fori noſtri conſuetudine. An non* auditur, *qui ſcripto, cauſam agit vel per ſe, vel per procuratorẽ? num vivâ voce plenius & prudentius dicitur quàm ſcripto? Negabunt hoc judices, actores & rei. Utrique*

ſcripto meliùs ſibi cautum arbitrabuntur, quàm orali ſermone, (ut loquuntur.) Ipſe Vorſtius ſi defectus ſit (ut facilè fit) in oratione provocabit ad ſcriptionem ut certiorem multò & tutiorem. Et revera ſe res ita habet, ut certiùs judicetur ex ſcriptis, quàm prætervolante & facilè fallente oratione. Hæc ſi probè expendas, non dices Vorſtium auditum non fuiſſe, cùm cauſam ſuam toties ſcripto egiſſet, tot edidiſſet Apologias, eaſq; ipſis etiam dedicaſſet Ordinibus. Sed tu contendis ipſum in perſona (quod ajunt) fuiſſe audiendum, & D. Sibrandum, qui in hoc caſu id negat fuiſſe neceſſarium, accuſas inventæ novæ Iuriſprudentiæ, & quidem turbandæ humanæ ſocietati. *Vis dicere condemnari neminem ex ſcriptis poſſe aut debere, niſi coram inſuper viſus ſit & auditus. Arrige igitur aures, D. Groti, & vide tuam Iuriſprudentiam. Rex M. Britanniæ Vorſtium nec viſum nec coram auditum condemnavit, libroſq; ejus palam per carnificem juſſit comburi. An hominem condemnavit inauditum? nihil minus; audivit ipſum in ſcriptis. Senatus Curiæ Parlamenti Pariſienſis condemnavit Cardinalem Bellarminum, nec citatum, nec auditum coram; ſed an condemnavit inauditum? Nequaquam. Audivit ipſum in libro de Poteſtate Summi Pontificis in temporalibus ſcriptum contra Guillelmum Barclajum. Senatus Baſileenſis Davidem Georgium jam mortuum & humo conditum condemnavit, cadaver effoſſum, cum libris rogo imponi, & in cineres redigi curavit. At mortuum qui audierint? Audierunt tamen in libris & teſtibus. Univerſa Chriſti Eccleſia dicit Anathema Socino, Samoſateno, Arrio, totiq; blaſphemorum hæreticorum cohorti, coram tamen nec viſæ, nec auditæ. Ipſi id faciunt, te teſte, Ordines Hollandiæ, & tu cum ipſis. Quin ipſum Vorſtium Socini nunquam viſi aut coram auditi errores ais damnaſſe. Ordines Generales Oſtorodum & Vaidovium condemnarunt, nec viſos, nec coram auditos, eo quod conſtaret libros eſſe refertos blaſphemis dogmatibus, decreverúntq; ut aſpectantibus ipſis, libri comburerentur, ipſis hæreticis Belgio exire juſſerũt. In Apologia poſt editâ querebãtur de hoc Ordd. Genn. facto, ut Tyrannico & pluſquam Antichriſtiano. Vetus ſc. & vulgata horum hominum querimonia, qui ſomniant illud.* Movit præſentia Turni. *Romanum Antichriſtum & Ieſuitas damnamus omnes; nec viſos tamen nec auditos niſi in ſcriptis & factis. Plura referre tædet. Vides, opinor, quam inconſideratè contra Sibrandum diſputes. Si tu aliam hic inducere vis Iuriſprudẽtiam, lege oportet caveas, ne Vorſtius vel quiſpiam alius ſcripta ſua*

aliquò

aliquò mittat, ubi non ſeipſum ſiſtat, vt coram etiam audiatur. Non audito coram ſcriptore ne judicanto Lectores. De chirographo quod adfers alienum eſt, neque enim dubitatur de manu debitoris niſi fortè vocandus fuit Vorſtius, vt fateretur aut negaret libros iſtos à ſe ſcriptos, paratâ ſc. in confitentem ſententia. Sed, dic Groti, Vorſtio & in ſcriptis et coram audito, quid profecimus? Excurrit prope biennium. Finitáne eſt cognitio cauſæ? Nondum: narraſti ſuprà. Forte finis aut minus ab eo tempore ſcriptorum? Nova velut ſeges emerſit, & ad ſcribendum novis viribus ſe ab eo tempore quaſi primùm componere cœpit Vorſtius, ſatis indicans (ſi ſequi ipſum velint Ordines) cauſæ finem fruſtra ſperari quamdiu erit quod ſcribat, & quam diu erit in vivis. Neque deſunt, qui hanc viam in negotio ſalebroſo judicant eſſe tutiſſimam & expeditiſſimam, vt lis maneat ſub Iudice. & Vorſtius pro ſe dicat, id eſt, quam diu volet, ſcribat, & alij contra ipſum ſcribendi ſatietate animum expleant: Evitari hac ratione periculum & invidiam ſententiæ, quæ aut pro Vorſtio pronunciata offendat ejus adverſarios, inter quos ſunt partim potentiâ, partim rerum divinarum ſcientiâ Ordinibus Hollandiæ non inferiores, aut contra ipſum lata minuere videatur authoritatem eorum, qui Vorſtium vocârunt; vtriuſque declinationem eſſe è re publica. Interim quid fit? Vorſtius è ſecreto ſuo *(quod vocat D. Grotius) plauſtra eijcit impurorum librorum, & qui à D. Grotio dicitur* non verſari in eo fulgore, qui cuiuſquam oculos poſſet præſtinguere, *ſcriptis omnium manus pervolando* fulgorem, *veritatis pro viribus offuſcat, & mentes multorum* præſtigijs *ſuis & Captionibus à veritate depellit, ſacroſanctum Dei nomen profanat, tranquillitatem, quam omnes Deum ardentibus votis poſcimus, impedit, Eccleſias ad errores ſollicitat, animorum in Politia diſſenſiones & alienationes auget. Orent igitur, qui orare poſſunt, orent, inquam, Clementiſſimum Deum, vt talium conſiliorum auctoribus ſaniorem mentem et Ordinibus Hollandiæ Spiritum ſancti Zeli largiatur, vt Eccleſiarum miſereantur, Chriſti gloriam vindicent, nominis divini profanationem & ſcandala compeſcant, votis Regis confœderati, ſociarum Provinciarum et infinitæ ſubditorum piorum multitudinis ſatisfaciant,* dum poſſunt, *Ne exardeſcat in nos ira Filij Dei, & candelabrum ſuo loco moveat. Amen atque etiam Amen. Hæc dicta ſint ad ea, quæ de audienda altera parte D. Grotius in medium attulit.*

ergo

ergo, ne audiatur: ſtatim ad condemnationem judex proſiliat. Atqui leges ne quidem ſi crimen confeſſus extra judicium ſit quiſpiam, damnari eum patiuntur, niſi in jus vocatũ prius, & facta ſe defẽdẽdi copia. Hinc illud prudentiſſimi auctoris: *quamvis inviſum ac nocentem, more tamen audiendum*. Item, *Inauditos atque indefenſos tanquam innocentes perire*. Nam ut verè non minus quam ſubtiliter Seneca,

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

Aliud enim eſt ex Philoſophorum ſcitis τὸ δίκαιον, *Iuſtum*, aliud τὸ δικαιοπράγημα *Iure factum*. Bonum fieri non ſufficit, niſi & bene fiat. Neſtorius multos ediderat libros dogma ſuum continentes: auditus tamen eſt, imò ante ipſum damnationis momentum vocatur ab Epiſcopis ὁ εὐλαβέστατος Νεστόριος *Religioſiſſimus Neſtorius*. Tandem huc devenit Sibrandus, ut dicat, *Ordines ad eam cognitionem nullos adhibuiſſe viros cõtroverſiarum peritos, itaque* 84 *facilè & impunè Vorſtium illuſiſſe ipſorum imperitiæ*, aut, ut ipſi

84. 85 *Aut valdè cacutis, D. Groti, aut perver-*

ipſi hic libet diſertum eſſe, & irriſos à Vor. Ordines, ſubſannatos, naſo denique ſuſpenſos. At quid eſt irridere Ordines, quid eſt ἄρχοντας τοῦ λαοῦ εἴρειν κακῶς, Magiſtratibus populi maledicere. ſi hoc nō eſt? De ſuæ patriç conventibus contemtim ſentiat oportet, qui

NOTAE.

ſus hic es, qui audes verba Sibrandi mutare, in Ordines acerbè et invidioſè transferre quod dictum eſt in Vorſtium, atq; ita fingere quod exagites. Legis in enunciatis Sibrandi nomen Ordinum, & non legis aut tranſponis ipſum ſubjecti, i. Vorſtij nomen? Dicit Sibrandus Vorſtium Ordines riſiſſe: quomodo? ſuis æquivocationibus & diſtinctionum latebris ac nebulis judicavit eos poſſe decipi, ut harum rerum non perinde ac ipſe erat, peritos. Dicit Sibrandus Vorſtium voluiſſe Ordines ſubſannare, & quaſi naſo ſuſpendere: dicit Vorſtium voluiſſe declarare, quid ſibi promitteret de Ordinum, quam credebat, imperitiâ. Vident omnes hic culpari Vorſtii artes, propoſitum, & de Ordinibus ipſis judicium, & tu in Sibrandum, Rhetor παρατραγῳδῶν, exclamas? Quid eſt irridere Ordines, quid eſt Magiſtratibus populi maledicere, ſi hoc non eſt? dicis Sibrandum, dum hoc dicit de Vorſtio, Magiſtratus vicinos faſtidire, & ſuis ipſum ſtudes reddere inviſum, acſi de ijs ſentiat contemtim? Quanto jure ſic exclamaſſes in Vorſtium, tantâ injuriâ hæc evomis, D. Groti, in Sibrandum. At tenuiter ſentit Sibrandus de Ordinibus, ubi dicit ſatiùs fuiſſe ipſos facturos, ſi adhibuiſſent viros harum controverſiarum peritos ſive indigenas, ſive exteros, qui Vorſtij exceptiones, diſtinctiones, contradictiones &c. potuiſſent obſervare & refigere. Verùm D. Groti, qui hoc dicit, videtur tibi is Ordinibus maledicere, et omnium iſtorum, quæ accumulas, reum ſe facere? Non dicent hoc, ſat ſcio, ipſi Ordines, qui facilè concedent Theologos complures de hæreticorum captionibus pleniùs & accuratiùs, quàm ipſi, poſſe judicare Notum eſt quantæ fuerit artis Samoſateni & Arrij hæreſes, ipſis omnis generis eluſionibus & tergiverſationibus ſua obtegentibus, in lucem pertrahere. Sed tu, D. Groti, ubi ne feſtucam quidem viderit oculus bonus, trabem vides oculo maligno, & Vorſtio tam caves ſolicitè, ut etiam quæ in ipſum quadrant, in Sibrandum derives, ut anſam habeas tales Theologos ſarcaſticè ridendi. ſcilicet, vos eſtis populus, etc. Tu vide, an non hic ſervis Dei maledixeris, D. Groti?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

vicinos quos non novit, ita faſtidit: Quid de iſtis Theologis dicam? Iobi illud, *Scilicet vos eſtis populus, vobiſcum moritura eſt ſapientia.* Atqui ſi præſtantiſſimis auctoribus, ſi denique ijs quæ ipſe ſcripſiſti credi vis Sibrande, neque Theologiam qui profitentur omnes ſciunt τὰ θεολογούμενα *ea quæ de rebus divinis dicuntur*, neque Laïci omnes eadem ignorant. Fuerunt, fuerunt in illo ipſo Ampliſſimo cœtu viri doctiſſimi, qui & ſacras literas diligenter tractarent, & verum à falſo noſcent diſcernere, & hiſtoriam Eccleſiæ non ignorarent. Sed fruſtrà hæc omnia. *Doctores*, inquit, *& Paſtores adfuiſſe oportuit* 86 Eſto: adfuerunt ſex tuarum partium, ſex etiam alij: quorum rationes atque argumenta expendi potuerunt. Suſpectos fuiſſe hos ſex poſtremos dices, quia de Prædeſtinatione idem cum Vorſtio ſentiebant. Sed nonne vides, ea recuſatio ſi valet, viciſſim à Vorſtio recuſari potuiſſe, qui aliter quàm ipſe de Prædeſtinatione ſentirent? Amplius addam:

86 Eſto, inquis? Quid ergo tam acerbè in Sibrandū es invectus, quod dixerit, ſatius fuiſſe, ut ſic fieret Sed tamen, ne Lectori hic imponatur, non adfuere hi duodecim Paſtores, cùm Vorſtius orationem haberet Apologeticam coram Ordinibus, id eſt, cùm audiretur in perſona, quod ajunt.

Tanta [87] vos diligentia, tanta celeritate omni ex orbe [88] præjudicia aucupatos, ut vix quiſquam eſſet, qui ſe [89] judicio integrum ſervaſſet; immemores ſcilicet, plurimis ſæpe reïs nihil magis quam calorem & impotẽtiam accuſatorum profuiſſe. Sed fac adſediſſe Ordinibus quantam velles tui ſimilium copiam: Quid eſt quod actum [90] cuperes? Nolles docere publicè Vorſtium: nõdum habes quod queraris. Nolles Lugduni illum in ore juventutis verſari: ne hoc quidem fit. Sed extra Hollandiam, aut extra Fœderatum Belgium alias in oras deportatum velles; id enim apertè

87 *Quos deſignas? odiosè ſatis hæc à te narrantur, ſed illi vincunt omnes D. Groti, diligentia & celeritate, qui in mediam uſque Poloniam, & Lithuaniam alis chartaceis trans mare incredibili pernicitate volitãt.*

88 *Non potes dicere:* exquiritis. *Non eſt peccatum, D. Groti, in rebus magni momẽti judicia virorum doctorum* καὶ τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων *exquirere.*

89 *Quæſo te, Annon Vorſtij ſcripta mittuntur ad nundinas Francofurtenſes? annon totum per orbem circumferuntur? Annon in Angliam importata quæritur Rex Magnæ Britanniæ? Proſtant, emuntur, leguntur à doctis & judicantur paſſim. Primi, niſi fallor, fuere Theologi Academiæ Archipalatinæ, qui judicium rogati communicârunt. Fecere poſt alij, ultrò etiam, & non rogati, ſtudio boni publici. Sed, nimirum,* hoc tibi eſt ſe ſervare judicio integrum; non judicare de libris & ſcriptis Vorſtii antequam ipſe coram ſit auditus. *Nec mores eſt, D. Groti, nec expedit, nec te ſic in ſcriptis Politicorum, hiſtoricorum, aut Iureconſultorum verſari opinor.*

90 *Cupit Sibrandus idem quod Rex Angliæ, idem quod aliquot ſociæ Provinciæ, idem quod maxima pars Eccleſiarum, quod plurimi in ipſa Hollandia non de plebe;*

ſatis indicas. Quo crimine? hęreſeos 91 ſcilicet. Da igitur ejus pœnæ in noſtra Republica 92 exemplum, da legem. Vt de

91 *Blaſphemæ ſcilicet & exoticæ Socini & ſimiliũ.*

92 *Accipe exemplum Chriſtophori Oſtorodi & Andreæ Voidovij, de quorum perſonis & libris Decretum Ordinum Generalium Provinciarum fœderatarum ſic habet ut ſequitur: Ex verbis etiam hujus Decreti patet Ordines Generales nolle ut tales hæretici tolerentur in hiſce Provinciis, & velle ut doctrina Socini ab iis arceatur.*

EXTRACTVM EX REGESTO

Reſolutionum Dominorum STATVVM GENERALIVM Fœderatarum Provinciarum Belgii, Martis D. iij. Septembris, Anno Milleſimo, Quingenteſimo, Nonageſimo octavo.

STatus Generales Vnitarum Provinciarum Belgij, informati, quod penes certas duas perſonas, hic in Haga Comitis præſentes, quæ non ita pridem ex Regno Poloniæ diſceſſerint, & in has fœderatas Provincias venerint, quarum prior nominetur Chriſtophorus Oſtorodus, altera Andreas Voidovius, reperti ſint quidam libri, qui in Vniverſitate Leydenſi à Facultate Theologica viſitati, inventi ſunt concordare cum Doctrina Turcica, negantes Divinitatē Chriſti Filij Dei & Spiritus Sancti: & quod dictæ perſonæ eandem doctrinam haud obſcurè profitentes, in has Provincias venerint, ut eam in illas introducant, atque ita ſtatum Eccleſiæ hic eò magis perturbent: Volentes ergo hiſce in tempore, pro conſervatione honoris Dei & commodi atque emolumēti ſtatuum Vnitarum harum Provinciarum, occurrere, decrevimus, ut prædicti libri in præſentia duarum illarum perſonarum, cras

ante meridiem, in Camera Generalitatis comburi debeant. Deinde, ut duæ iſtæ prædictæ perſonæ onerari debeant, iiſque præcisè mandari, quemadmodum præſentibus onerantur iiſque mandatur, ut intra ſpatium decem dierum proximè ſequentium, ex fœderatis Provincijs diſcedant, ſub pœna, ſi poſtea in iis Provincijs deprehenſi fuerint, arbitraria, quæ alijs in exemplum, propter quietem Eccleſiæ Chriſti & ſupra dictum commodum & emolumentum ſtatuum fœderatarum Provinciarum, exiſtimata fuerit irrogari debere; arbitrantes benè eſſe, ut Provinciæ de hoc moneantur, ipſisque exemplum tranſmittatur atteſtationis, quæ hic prælecta fuit, Facultatis Theologicæ Leydenſis ſupra ſcriptæ de prædictis libris; in eum finem, ne prædictæ perſonæ in his Provincijs diutius tolerentur, & doctrina iſta inde arceri poſſit.

Infra ſcriptum fuerat & ſignatum erat *Concordat cum Regeſto. A. Aerſens.*

Deſcriptum exemplum ex autographo, concordat cum vero ſuo originali, die hodierna octava Martij Anno M. D. XCIX.

Quod atteſtor ego Sculenburgius.

93 Romanenſibus nihil dicam, quos quidam hodie nequeDeum, neque Chriſtum nobiſcum habere communem patiuntur; plena eſt 94 Friſia Anabaptiſtis: hi palàm prædicant non baptizãdos infantes, Chriſtũ carnem ἐκ τῆς ἀειπαρθένου *Ex ſemper virgine* non accepiſſe, non gerendos Chriſtiano magiſtratus, pluraque alia. Hos Friſia ſi potes expelle: ab his incipe, qui non diſſimulant hæc dogmata, non ἀμφιβολίαις *perplexiloquiïs* ludunt, ſed διαῤῥήδην *aperti* iſta profitentur. Poſteà ad illos veni, qui objecta ſibi dogmata non agnoſcunt. Vorſtii jurejurando 95 fidem ais habitam, & contumelioſè addis, Garnetum, ejuſque ſocios

93 Quantum ſit diſcrimen inter Papiſtas & Anabaptiſtas & Socinianos agnoverunt ipſi Genn. Ordines, uti patet ex ipſorum Decreto.

94 Utinam ſola Friſia et non plures eſſent in Hollandia! Quia verò tu ipſe plus ſatis mali, quod Deum offendat in medio noſtri agnoſcis & enumeras D. Groti, quin etiam, opinor, doles, oportebitne igitur; ne quid ad turpitudinem deſit, tetro etiam Socini monſtro præbere hoſpitium? prohibeat Dominus. Quid verò interſit inter alios hæreticos laicos & Vorſtium, docuit te Rex Magnæ Britanniæ pagina Declarationis 41. & alibi paſſim.

95 96 Meritò hîc deſideramus illam (quam ſuprà adamare videbaris) charitatem, quæ οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, & æquitatem Gentilium, quæ ambigua in benigniorem ſenſum trahat. D. Sibrandus dicit Vorſtium coram Ordinibus adhibito jurejurando negâſſe, quod unquam eſſentialem Dei omnipræſentiam negaverit, et addit hæc verba. Hoc videtur *illis, apud quos dixit ſatis eſſe.* Videtur, *inquit, Atque utinam non aliquibus ſaltem ita ſit viſum! Verùm, eſto, nulli hoc fuerit ſatis. Optamus ut verum ſit, & D. Sibrandus qui procul dubio ad ea, quæ poſt hanc orationem habitam acciderunt, reſpicit, hic ſuſpicioni indulſerit. Scis tamen nihil D. Sibrando auditu fore jucundiùs, quam rem ſe aliter habere, ut*

parri-

parricidas 96 Ordinibus Hollandiæ judicantibus potuiſſe abſolvi. Primùm quæ, quantaque fides ſit habita Vorſtio unde noſti? Deinde, aut imperiti aut malevoli eſt, non diſcernere facta exteriora à mentis cogitatione. Non dico, ſemper juranti de animo ſuo credendum: ſed in re dubia id fieri & poteſt, & ſolet. Quædam autem quæ Vorſtio objiciuntur parum certa eſſe, ne tu quidem negabis. In his ergo

qui Deum orandū monet, ut ad ſana conſilia animos Ordinum flectat. Novit Dominus, & introſpicit corda. Quis verò nō metuat Ordines jurejurando hominis pietatem promittētis non plurimùm fuiſſe commotos, aut plus æquo ipſi tribuiſſe, cùm poſt auditum Vorſtium toto pene biennio nihil aliud ſit actum, quam quod dolemus omnes; ſcripſit, nempe, Vorſtius fervidiùs & animoſius quàm ante, falſa & peregrina dogmata defendit abſque ullo impedimento. Hinc ſanè non immeritò quis colligat ipſum jurejurando non parum apud Ordines promoviſſe. Eſtnè igitur abs re, ut exemplis doceatur, nec poſſe nec debere hominis impudentis, & in omnes formas ſe vertentis affirmationibus, negationibus, juramentis, &c. cauſam hanc terminari? Sed neceſſariò eſſe reſpiciendum ad totius cauſæ ambitum, & ad illa ipſa, quibus in eadem oratione Vorſtium ſe perjurij crimine involviſſe D. Sibrandus evidenter demonſtrat? Habenda eſt gratia monſtranti periculum, & à nimia credulitate ad ſerpentinam prudentiam, ut in hoc caſu neceſſariam, nos revocanti: non autem caput ilicò obruendum convitijs. Sumus omnes naturâ lenti & frigidi in vindicanda gloria Dei, non debet eſſe moleſtus παροξισμὸς *Apoſtolicus:* τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε. *i. manus remiſſas & genua ſoluta ſurrigite, & rectas facite orbitas.*

calibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

97 talibus cur non ſit πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος. *Omnis contradictionis terminus juramentum ad confirmationem adhibitū:* rationem nullam video. Poſtremò illud quoque addam, non quod neceſſe ſit, ſed

ut

NOTAE.

97 *Tale autem non eſt dogma illud de Eſſentiali omnipræſētia Dei, de quo ibi agit D. Sibrandus, demōſtrans Vorſtium in eadem illa oratione revera Omnipræſentiam Dei eſſentialem negaſſe, & tamen juraſſe, quod illam nunquam negaverit. Hic Vorſtij Socinianiſmus tam eſt manifeſtus, ut ſi ſimili modo negaſſet & impugnaſſet Iuriſdictionem Magiſtratus terreni abſque omni dubio in ipſum, ut civem ſeditioſum, ſeverè jam pridem fuiſſet animadverſum.* 98 *Fidelem conſiliarium non decet Domino ſuo pulvillos conſuere, ut errori ſuaviter indormiat, ſed quia humanum eſt labi, & Chriſtianum ſurgere, ſana correptione velut porrectâ manus potiùs ipſum eriget. Cogita illud Gordiani:* Miſer eſt Imperator apud quem vera reticentur. *Moniti ſunt Ordines à Rege Britanniæ, à confœderatis, ab Eccleſijs & Theologis, ne ſe paterentur decipi à Vorſtio.*

99 *Petis principium. Neque enim hæc è præmiſſis concluſit, aut in ſua Epiſtola affirmavit D. Sibrandus. Quæ eſſet iſta argumentatio?* Ordines Hollandiæ in tractandâ Vorſtij causâ remiſſius aut imprudentiùs egerunt, quam aut potuiſſent aut debuiſſent agere, *Ergo ſunt Sociniani aut hæretici etc. Præter hæreſin enī aliæ poſsūt et ſæpè ſolēt eſſe cauſæ, quæ obſtēt quo minus talis homo tractetur pro meritis. Potuerunt ordines nimiâ, ut tecum loquamur, decipi bonitate; potuerunt aberrare à recto per imperitiam in his talibus. Potuerunt obſtare conſiderationes, quas vocant, politicæ; Potuerunt animi ipſorum calumnijs & ſuſpicionibus ita alienari à Vorſtij adverſarijs, ut adeos quaſi humiliandos Vorſtio judicârint aliquatenus eſſe parcendum. Potuerunt obſtare illi, quorum commendationibus Vorſtium niti ſuprà dixit D. Grotius. Et Certè, ſi tales conſiliarij, qualis eſt D. Grotius, in conſiliū fuere adhibiti, aut ſeſe ultrò ingeſſere, non procul eſt quærenda hujus rei cauſa. Quicquid ſit, Deus orandus eſt, ut omnibus Ordinibus Hollandiæ oculos aperiat, ut deformitatem hujus Monſtri aſpiciant, & ſimul aſpectu ſuo indignum judicent, Eccleſiaſque priſtinæ tranquillitati reſtituant.*

ut apertior ſit calumnia. Etiamſi Ordines *98* bonitate ſua decepti, melius quam oportebat de quopiam ſenſiſſent: *99* non tamen ἑτερόδοξοι *ſecus quàm oportet ſentientes* propter ea, non Sociniani, nõ fautores hæreſium cenſendi forent. Neque enim ὀρθόδοξοι *recta ſentientes* eſſe deſierunt Firmilianus, aliiq́ue Epiſcopi, qui Paulum Samoſatenum verborum quibuſdam *100* perplexitatibus eludentem diutiſſimè pertulerũt; neque Conſtantinus Imperator, quum Arium poſtquam is Nicænam fidem *101* ſimulare cœperat, his verbis dimiſit, εἰ ὀρθή σου ἡ πίστις ἐστὶ, καλῶς ὤμοσας· εἰ δὲ ἀσεβής ἐστιν ἡ πίστις σοὺ καὶ ὤμοσας, ὁ θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κρίναι τὰ κατὰ σέ *Si recta eſt fides tua, probè juraſti: ſin autem fides tua impia eſt & juraſti tamen, Deus ex cœlo te ac tua dijudicet.* Sed nunc Vorſtij ex

100.101 Non eſt quod hereticũ in lucem jam Dei beneficio pertractum nebulis involvas. Notus eſt Vorſtius, & quidẽ manifeſtius quam Samoſatenus & Arrius eo, quod deſignas, tempore erant. Leguntur ejus hæreſes in ſcriptis editis, nec fidẽ ille Eccleſiarum Reformatarum ſimulat, ſed eam manu elatâ oppugnat. Gloriam Ordinum Hollandiæ non debes quærere, in obtegendo Vorſtio, ſed potius in Lupo hoc retegendo, & ab ovili Chriſti arcendo: In quo ſi tantum laboris & operæ conſumpſiſſes, quantum in accuſando D. Sibrando hic poſuiſti, næ & ſanctiùs multò & Ordinibus utiliùs operam collocaſſes. Ut autem hoc facias impoſterum, & à Sibrando aliјſque othodoxis exagitandis abſtineas, etiam atque etiam te rogo & moneo Doctiſs. Clariſs. D. Groti: eamq; mentem à Deo ſincero affectu tibi precor.

caussa exeamus, quam quiſquis rectè 102 expenderit, inveniet nullam hæreſin ab Ordinibus Hollandiæ probatam, nihil denique factum quod non libertati ipſorum & legitimo judiciorum ordini & paci Eccleſiæ conveniret.

102 Qui ea, quæ D. Sibrandus in Epiſtola ad Archiepiſcopum ſcripſit, rectè expenderit, et cum tuis hiſce criminationibus contulerit, facilè inveniet & judicabit, quo jure tu D. Groti, tam acerbè in D. Sibrandum & alios orthodoxos ſis invectus.

Finis partis primæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Candido Lectori,

IN ſcriptis noſtris de cauſa Vorſtiana ante hac in lucem editis, facta eſt aliquoties mentio hæretici iſtius libelli *de Auctoritate ſacræ ſcripturæ*, quem Vorſtius Steinfurti denuò curavit excudi, interpolavit, auxit, notis illuſtravit, &c. Hunc non tantùm hæretici quicquam continere pertinaciter hactenus negavit: ſed etiam, ut *ſolidum, nervoſum, utilem & his temporibus penè neceßariū* Lectoribus in præfixa præfatione Apologetica commendavit, & præterea in varijs ſcriptis ipsâque Oratione, quam habuit in Illuſtrium Ordinum Hollandiæ conſeſſu, animosè aſſeruit non probatum eſſe hactenus, auctorem eius eſſe Socinum. Nos è contrario illum & à Socino eſſe conſcriptum, & veneno ejus paſſim imbutum evidēter probavimus, ut iam de ſcopo Vorſtij & libelli blaſphemâ impuritate dubitari ampliùs non poſſit. Ne tamen vel tenuiſſimus dubitationis ſcrupulus in animo Lectoris reſideat, viſum fuit ſequentia documenta cum pio Lectore communicare, ex quibus apparebit, & librum eſſe Socini, & à Socinianis Racovienſibus haberi pro tacita ad blaſphemias ipſorum Iſagoge.

NOS Rœterdus Erneſtus & Fredericus de Vry Scabini in civitate Amſtelredamenſi notificamus & fatemur quod hodie viderimus, tractaverimus & legerimus certū libellum in Octavo continentem ſex capita, cuius titulus erat, ut ſequitur :: *De Sacræ Scripturæ auctoritate Libellus Fauſti Socini Senenſis, cui addita eſt ſumma Religionis Chriſtianæ ejuſdem Socini, utrumque ex Italico in Latinum converſū. Racoviæ, Typis Sebaſtiani Sternacij* 1 6 1 1.


Præfatione porrò ſic ſonante : *Lectori Benevolo,*

Hunc libellum auctor in gratiam magni cuiuſdam viri ante annos quadraginta & aliquot conſcripſerat.

Editus idem erat Hiſpali ante annos viginti tres ſub nomine cuiuſdam Dominici Lopes Societatis Ieſu. Sed dolus latere non potuit. Talis enim præfatio libello huic præfixa erat, quæ contrarium planè eius quod eo diſputatur, continebat. Affirmabat enim præfatio, dari naturalem Dei cognitionem, quod libellus prorſus negat. Huius libelli intelligentiam, quia præter alia permulta commoda, ad veritatem divinam, quam noſtri cœtus profitentur, tacitam eſſe εἰσαγωγὴν *exiſtimamus, & exemplaria eiuſdem nulla amplius proſtant; en denuò recudi ad communem omnium ſanctiſſimæ Theologiæ profeſſorum & ſtudioſorum utilitatem, curavimus, & iiſdem eum noſtrorum cœtuum nomine offerimus & dedicamus. Racoviæ calēd. Aprilis. Anno* IↃCI XI.

Et quia prædictum vidimus intitulationis & præfationis poſt factam collationem cum prædicto libello ad verbum deprehenſum eſt concordare. In rei fidem ſigillum uterq; noſtrum infra impreſſimus. 27. Iunij Anno 1612.

I. Vander Does.



Sigilla impreſſa in cera viridi papyro inducta.

NOS Miniſtri & Seniores Eccleſiæ Chriſti in vrbe Amſterdamenſi teſtamur & fatemur hiſce, nos hodie in conventu noſtro vidiſſe & legiſſe præfationem certi cu-

juſdam

juſdam libelli, cuius titulus erat ut ſequitur: *De ſacræ ſcripturæ auctoritate libellus Fauſti Socini Senenſis, cui addita eſt ſumma Religionis Chriſtianæ eiuſdem Socini, utrumque ex Italico in Latinum converſum. Racoviæ, Typis* Sebaſtiani *Sternacij. 1611.* Præfatione porrò ſic ſonante. *Lectori benevolo, Hunc libellum auctor in gratiam magni cuiuſdam viri ante annos quadraginta & aliquot conſcripſerat. Editus idem erat Hiſpali ante annos viginti tres ſub nomine cuiuſdam Dominici Lopes Societatis Ieſu. Sed dolus latere non potuit. Talis enim præfatio libello huic præfixa erat, quæ contrarium planè eius, quod eo diſputatur, continebat. Affirmabat enim præfatio, dari naturalem Dei cognitionem, quod libellus prorſus negat. Huius libelli intelligentiam, quia præter alia permulta commoda ad veritatem divinam, quam noſtri cœtus profitentur, tacitam eſſe* εἰσαγωγὴν *exiſtimamus, & exemplaria eiuſdem nulla ampliùs proſtant; en denuò recudi ad communem omnium ſanctiſſimæ Theologiæ Profeſſorum & ſtudioſorum utilitatem curavimus, & eiſdem eũ noſtrorũ cœtuum nomine offerimus & dedicamus. Racoviæ Calend. Aprilis* Anno ∞ IↃC XI. Hoc ita verum eſſe fatemur nos ſupra nominati, & ad maiorem certitudinem, Eccleſiæ noſtræ ſigillum ſpatio huius impreſſimus, 28 Iunij Anno 1612. ſtylo novo. In præſbyterio noſtro Amſterodami.

Nomine & juſſu omnium

O
Sigilli locus

LUCAS AMBROSII Miniſter verbi & ſcriba Synedrij.

Hæc teſtimonia è Belgico in Latinum fideliter eſſe converſa & cum originalibus convenire teſtor

A. AYSMA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

IN SCRIPTI

Magnifici Domini

HVGONIS GROTII

CAPVT ALTERVM,

Quod eſt de cauſa Arminiana, ſive Fratrum Remonſtrantium, qui ſequuntur ſententiam Arminij,

ANNOTATIONES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

AD alterum veniamus accuſationis Caput, quod in Præfatione [1] tectè innuitur, in fine autem ipſius libri, & in prioribus Sibrandi ſcriptis [2] apertius indicatur. Hoc autem illud eſt, cujus cauſſa ipſam quoque hanc in Vorſtium inquiſitionem inſtitutam non [3] temerè credimus:

Notæ ad ſecundam partem ſcripti D. Hugonis Grotij.

1.2. *At ubi & quibus verbis, D. Groti? Loca ſanè & textum debuiſſes oculis Lectoris ſubijcere, ut conſtare potuiſſet de æquitate & neceſſitate Apologiæ tuæ contra* D. Sibrandum. *Diſputat D. Sibrandus contra Vorſtium, non contra Remonſtrantes. Potuiſſes utique, imò debuiſſes quærere adverſarium, qui hæc non* innueret, *ſed clarè & ex profeſſo verbiſque disertis aſſereret. Videris neminem potuiſſe invenire, in quem quicquid eſt controverſi tutiùs cuderes quàm D. Sibrandum. Hoc tamen non eſt agere ex charitate & æquitate, quam tantoperè prædicas in priore ſcripti tui parte. Non fuiſſet opus quærere* innuentem *extra Hollandiam, ubi domi tuæ ſunt, qui hæc palam profiteantur. Annon in ipſa Hollandia hæc controverſia agitatur de Tolerandis & non Tolerandis Remonſtrantibus, & non ſemel de ea actum eſt publicè atque agitur etiamnum? Quid te impulit D. Groti, ut etiam hîc D. Sibrando non parceres? jubet Apoſtolus* ἑορτάζειν ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας ϗ νηπιάζειν τῇ κακίᾳ *1. Cor. 5, 8. & 14, 20.* ut feſtum agitemus in azymis ſinceritatis & pueri ſimus malitiâ.

3 *Imò temerè credis, D. Groti. Vorſtium accuſârunt blaſphemus libellus Franekeræ Diſcipulorum operâ excuſus, fide digna teſtimonia, acta, dictata, ſcripta, edita, literæ interceptæ, &c.*

nempe

nempe, quod tolerandos judicaverint 4 Ordines Hollandiæ eos Paſtores qui de 5 Prædeſtinatione à 6 Sibrando diſſentiunt. Sed eo in facto facilè ſe Ordines Eccleſiæ & 7 veteris & recentioris auctoritate defendent. Habuit illa controverſia plurimas ſemper atque 8 intricatas quæſtiones. Illud ſemper conſtitit, vitanda eſſe duo præcipi-

ANNOTATIONES.

4 *Verbo* Tolerandi *innuis pejorem eſſe conditionem Remonſtrantium, ut qui* tolerentur: *meliorem verò eſſe conditionem partis alterius, ut quæ non* toleretur *ſed* approbetur, *niſi dicere velis, utroſque tolerari, tam orthodoxos quàm ſectatores Arminij. At peior eſt in quibuſdam locis conditio orthodoxorum, ubi eò jam res ſuas perduxere Remonſtrantes, ut jugum* Tolerantiæ *à cervicibus dejecerint. Et ex altera parte non deſunt inter Ordines, qui ſuarum ditionum Eccleſias Remonſtrantibus nolint committere. Hinc ſequitur non omnes in univerſum Ordines hoc, quod narras, iſto modo decreviſſe. Vtra autem pars in tolerando vel non tolerando ſit rigidior aut remiſſior, docet experientia: ſed perpende, D. Groti, annon vocem* tolerandi *uſurpes pro voce approbandi & ſtabiliendi. De quæſtione Tolerantiæ vide notam 48.*

5 *Adde: de gratiæ univerſitate, libero arbitrio, ſanctorum perſeverantiâ, & ſalutis certitudine.*

6 *A ſententia orthodoxa non unius D. Sibrandi.*

7 *De his infra videbitur.*

8 *Sed de talibus hîc nõ quæritur, verùm de ijs, quæ in S. literis clarè traduntur, & ab Eccleſia Belgica in Confeſſione & Catechiſmo ſunt recepta, & conſtanter hactenus atque unanimiter defenſa contra ἑτεροδόξους.*

tia; prius, ne peccandi *9* cauſas Deo, aut damnationem *10* fatali neceſſitati adſcribamus; poſterius, ne boni ſalutaris originem ad vires referamus *11* depravatæ naturæ.

ANNOTATIONES.

9 Si *negationem ſeu potiùs* non-collationem *ſive* non-dationem *gratiæ regenerantis & juſtificantis numeras inter cauſas (appellatur à nonnullis cauſa deficiens) itemque cauſam per accidens, eas paſsim Scriptura Deo tribuit, ideóque inter præcipitia numerari non debent. De cauſa efficiente & per ſe conceditur. Abſit enim ut efficiat Deus malum in homine, quod habet à ſe & Satana.*

10 *Explicanda tibi fuiſſet vox* Fatalis, *de qua agunt Melanthon lib.phyſ.2.& Zanchius de Natura Dei lib.5.cap.1. ſophiſmate 8. Vetus eſt illa, de Fato, Pelagianorum objectio, teſte Proſpero. Interim certum eſt;* Prædeſtinatorum eſſe præfinitum & certum numerum, qui nec augeri nec minui poteſt. *Et:* Eos, qui non ſunt prædeſtinati ad ſalutem neceſſariò propter peccata damnandos. *Et:* Non eſſe poſitum in arbitrio aut poteſtate unicujuſque hominis ſervari. *Vt habent articuli Lambethani in Anglia conditi contra Baronem anno 1595. Qui ſentit pios motus & ſancta deſideria, eſt ſanè quod ſoli Deo gratias agat, & optimè ſperet: profanus (quamdiu talis) nullas ſibi applicare poteſt promiſsiones: ſi ſentit initia converſionis, de fide Dei ne dubitet, creſcat & proficiat in Domino.*

11 *Nempe quà talis.* Sed *Remonſtrantes contendunt non eſſe eam ita depravatam, quin homo poſsit liberi arbitrij viribus Chriſtum oblatum apprehendere ſeu accipere, bonoque luminis Naturæ uſu Deum movere, ut majorem gratiam puta Euangelij offerat. vide Collat. Hagenſem & I. Arnoldi contra Tilenum, & infra notam 38. & 43.*

Illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Illud anxiè vitarunt veteres, etiam qui de Prædeſtinatione 12 ſublimius ſentiebant. In Concilio Arauſicano eſt, *Aliquos ad 13 malum divina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non*

ANNOTATIONES.

12 *Id eſt, qui non ſequebantur ductum rationis humanæ, ſed Scripturæ ſacræ, ſicuti etiam faciunt Eccleſiæ orthodoxæ.*

13 *In eodem Concilio hæc conſcripta ſunt dogmata:*

Liberum arbitrium eſſe amiſſum, & non poſſe reddi, niſi à quo potuit dari. *cap. 13.*

Vt velimus purgari, id in nobis fieri per Spiritus S. infuſionem & operationem. *c. 4.*

Voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem corrigi per inſpirationem Spiritus ſancti. *c. 5.*

Velle, deſiderare, credere, in nobis fieri per infuſionem & inſpirationem Spiritus ſancti. *c. 6.*

Spiritum S. ſuâ inſpiratione & illuminatione dare ſuavitatem in credendo & aſſentiendo. *c. 7.*

Divini muneris eſſe, quod rectè cogitemus, & pedes noſtros à falſitate & injuſtitiâ teneamus. *c. 9.*

Deum tales amare, quales FVTVRI ſumus ipſius dono, non noſtro merito. *c. 12.*

Nihil nos dare Deo, quod non ab ipſo acceperimus. *cap. 11.*

Mutationem in peius eſſe prævaricatoris Adæ, mutationem in melius eſſe DEXTERAE EXCELSI. *c. 15.*

Sine gratia hominem non poſſe cuſtodire quod accepit, multò minus reparare quod perdidit. *c. 19.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Multa in homine bona fieri, quæ non facit homo: Nulla verò bona hominem facere, quæ non præſtet Deus, ut faciat. *c.20.*

Neminem habere de ſuo niſi mendacium & peccatũ. *cap.22.*

Dediſſe Chriſtum dona hominibus, & inde habere quicumque aliquid habet: quiſquis autem inde ſe habere negat, eum aut verè non habere, aut quod habet auferendum ab eo eſſe. *c.17.*

Vt viti palmites nihil conferunt, ſed inde accipiunt ut vivant, ſic nos à Chriſto. *c.24.*

Paulum dixiſſe: miſericordiam conſecutus ſum, ut fidelis eſſem: non dixiſſe, quia eram, ſed ut eſſem: Deum amorem ſui & fidem inſpirare. *c.25.*

Non dubito quin pronuntiata iſta legenti ſenſus Patrum per ſe ſatis ſit obvius. Si tamen alicui fortè lubeat prævaricari, aut phraſium ludere ſimilitudine, non eſt quod candidus Lector de mente horum Patrum ambigat, cùm ipſe D. Grotius fateatur illos ſublimiùs (*id eſt*, cum Auguſtino, ſive cum D. Sibrando & Eccleſiis noſtris) de Prædeſtinatione ſenſiſſe. *Quod ſi verum eſt (uti eſt revera) facilè judicabit Lector Remonſtrantes (quantumvis ſcuto* RESISTIBILITATIS *coopertos) horum Patrum damnationem non poſſe declinare. Qui enim de Prædeſtinatione ſublimiùs ſentientes, hujuſmodi conſcribunt dogmata, procul dubio jugulant ſententiam Arminij de Libero arbitrio. Cum Arminio autem ſentire Remonſtrantes affirmat D. Grotius pag ſui ſcripti 43.*

ſolum

ſolùm non credimus, ſed etiam ſi ſunt qui tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis Anathema dicimus. Proſper autem Auguſtini 14 diſcipulus: 15 *Qui dicit, quod*

ANNOTATIONES.

14 Et quaſi alter Auguſtinus atque in eadem cum illo contra Pelagianos militia diu multumque exercitatus, in eaque poſt Auguſtinnm ſecundus, quem cum Præceptore ſuo Auguſtino tanto pluris quam alios Patres facere ſolemus, quanto hi plus quam alii, quorum ad nos vigiliæ pervenerint, in hac cauſa elaborârint, eamque meliùs & accuratiùs tractârint. *Verba ſunt Whitakeri de Proſpero & Auguſtino, lib. de pecc. orig. pag. 130. Vterque autẽ ſtrenuus fuit oppugnator ſententiæ eius quam hodiè tuentur Remonſtrantes.*

15 *In gratiam Lectoris harum rerum ſtudioſi hîc & paſſim alibi annotaſſes librum & caput, D. Groti, in quibus dicta quæ citas, ſint quærenda. Profitemur Deum non efficere aut operari in homine incredulitatem, quam habet à ſe & ſatana. Abyſſus mali eſt in homine, ut aliunde infundi, augeri & aggravari non ſit opus. Interim non diffitemur fidem eſſe* χάρισμα *ſive gratuitum Deì donum Philip. 1, 29. quod ſcriptura teſtatur Deũ non dare omnibus, ſicuti nec ipſum Euangelium offert omnibus.* Vobis datum eſt noſſe--illis nõ eſt datum. *Mat. 13. Nemini autem obligatus eſt Deus, ut teneatur alicui, qui prius aliquid dederit, retribuere, Rom. 11. Præterea non eſſet adeò novũ aut mirum, ſi tenebræ Pelagianæ quibus undique Proſper fuit circumſeptus, nonnihil de luce & puritate ejus delibaſſent. Eò videtur inclinare D. Paræus diſput. de lib. arbit. pag. 253. ubi:* Apparet, *inquit*, de Maſſilenſium (*id eſt, Pelagij reliquiarũ*)

 fæcibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

fæcibus eum (*Proſperum*) aliquid hauſiſſe. *& pag. ſequenti:* Inter defenſores liberi arbitrij & prædicatores gratię mediatorem ſe profitetur (*Proſper*) in quæſtione quomodò Deus velit omnes homines ſalvos fieri. *Qui aliàs* dogmatum Auguſtini tenaciſſimus (*ut de Proſpero infra loquitur ipſe D. Grotius*) *in aliquâ controverſiæ particula ſe offert mediatorē, nō ilicò facit cū parte alterâ, aut eſt ab illâ habendus in Patronis & aſtipulatoribus. Sit eá in parte medius inter utroſq;. De quo perito Lectori judiciū relinquimus. Fieri etiam poteſt, ut aliquis orthodoxus conciliationem aliquam piè meditetur, ſed fruſtra. Sunt & contradicentium varij gradus, ut cum uno in articulo quodam fortè concordiam iniri poſſe quiſpiam arbitretur, cum altero, & in reliquis articulis minimè. In præcipuis Proſperum ſententiam Auguſtini ſecutum eſſe & pro eâ cum reliquijs Pelagij (quibus quam ſint ſimiles Remonſtrantes patebit infra) fortiter dimicaſſe, negare non poteſt D. Grotius, qui ipſum* dogmatum Auguſtini *fatetur fuiſſe* tenaciſſimum; *nec quiſquam, niſi planè effrons, negare auſit. Novit autem D. Grotius non eſſe candidi Diſputatoris, Patres, quos ſibi aliàs ex profeſſo novit adverſari, invitos rapere in ſubſidium contra partem adverſam: hujuſmodi enim milites injuſtum & alienū Ducem malè ſolent mulctare, id eſt, conſpecto in adverſis caſtris ſuo vexillo aut arma utpote invitis obtruſa, deponere, aut ad ſuos redire. Nec decet fruſtulis & fragmentis hinc inde corraſis ſententiam authoris aliàs publicè notam elevare; quemadmodum hodiè ſcriptis non tantum veterum, ſed & recentiorum, Calvini, Muſculi, &c. in rem ſuam abuti ſolent Novatores, quibus interim in votis eſt, ut ſententia Proſperi, Auguſtini, Calvini & ſimilium, quam paſſim ut impiam & blaſphemam traducunt, evertatur & exterminetur.*

qui Euangelicæ prædicationi non credunt, 16 ex Dei prædeſtinatione non credant, & quod Deus ita definiverit, ut quicunque non credunt, ex ipſius conſtitutione non credant, non eſt Catholicus. Et mox, *In malis operibus noſtris 17 ſola præſcien-*

ANNOTATIONES.

16 *Idem* Proſper *in Epiſtolâ ad Auguſtinum* ſemipelagianis *tribuit, quod nolint concedere* Deum occulto judicio & opere manifeſto condere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, *additq́;* ſe ipſorum contradictione offendi. *Scriptura verò teſtatur fidem eſſe Dei donum, eamq́; non eſſe omnium, ſed electorum. Chriſtus inquit Mat. 13.* 11. Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum, illis non eſt datum. *& Iohan.* 10.26. Vos non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis. *Ipſe Melanthon in cap. Ioannis ſextum, in verba illa*: Nemo poteſt venire, &c. id eſt, *inquit*, ideò non creditis, quia à Patre non trahimini. *& quis ut trahatur eſt promer tus? imò quis non eſt meritus ut non trahatur? editione ſecunda pag. 44. Idem* Proſper *ibidem affirmat*: Semipelagianos non acquieſcere Prædeſtinatum electorum numerum, nec augeri poſſe, nec minui.

17 *Idem* Proſper *in epiſtola ad Auguſt. de reliquijs* Pelagianorum *ſic loquitur*: Penè omnium par invenitur & una ſententia, quâ propoſitum & prædeſtinationẽ ſecundũ Præſcientiam receperunt: ut ob hoc Deus alios vaſa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem unicujuſque præviderit, & ſub ipſo gratiæ adjutorio, in qua futurus eſſet voluntate & actione, præviderit. *Scriptura autem Deo etiam tribuit decretum permittẽdi mala, excæcandi, indurandi, in reprobum ſenſum tradendi, etc. quod plus eſt quam præſcire mala. Eadem autem ſcriptura aſſerit Deum mali auctorem non eſſe. Scripturã verò quis dicat tradere* præcipitia, quæ ſint evitanda?

tia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tia Dei intelligenda eſt: præſcivit tantùm, non etiam prædeſtinavit, quæ nec ipſe fecit, nec ut nos faceremus exegit. Item: *Qui dicit, quod qui vocati ſunt, nō* 18 *æqualiter vocati ſunt, ſed alij ut crederent, alij ut non crederent, quaſi cuiquam vocatio fuerit cauſa non credendi, non rectè dicit: quamvis enim fides non ſit niſi ex Dei dono, & hominis voluntate; infidelitas tamen non eſt niſi ex ſola hominis voluntate.* Et alibi: *Infidelitas non credentium Euangelio nequaquam ex Dei prædeſtinatione generatur.* 19 Auguſtinus. *Omnium quidem hominum Deus creator eſt, ſed nemo ab eo ideò creatus eſt, ut pereat: Nimis impius & indoctus eſt, qui vitium natura*

ANNOTATIONES.

18 *Idem Proſper ad Auguſtinum aſſerit ſemipelagianos contendere*, quod ad donum ſalutis Deus univerſaliter omnes homines vocet ſive per naturalem ſive per ſcriptam Legem, ſive per Euangelicam prædicationem, *item*: quantum ad Deum attinet, paratum eſſe omnibus vitam æternam, quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui Deo ſponte crediderint, & auxiliū gratiæ meritò credulitatis acceperint.

19 *Idem Auguſtinus de fide ad Pet. Diac. c. 35 ſic inquit:* Firmiſſimè crede, & nullatenus dubites, Neque perire poſſe aliquem eorum, quos Deus prædeſtinavit ad regnū cœlorum, nec quenquam eorum, quos non prædeſtinavit ad vitam ullâ poſſe ratione ſalvari. *nec ſane volunt, & ſuâ culpâ non poſſunt. & de peccat. merit. & remiſſ. l. 2. c. 8.* Bonā voluntatem quibuſdam Deus dare voluit, quibuſdam noluit. *Et centena alia.*

non diſcernit ab auctore naturæ. Ortum habuerunt jugulata his ſententiis dogmata à 20 Manichæis & Priſcillianiſtis. Aliter, ſed eandem fermè in partem peccarunt illi quorum Sigebertus in Chronico circa annum ccccxv. ita meminit. *Prædeſtinatorum hæreſis hoc tempore cœpit ſerpere, qui ideò prædeſtinati vocantur, quia de Prædeſtinatione & divina gratia diſputantes, aſſerebant,* 21 *quod nec piè viventibus*

ANNOTATIONES.

20 *Clarioribus & perfectiorib. ſententijs Proſper & Auguſtinus jugulârũt iſtos hæreticos, aſſerẽtes,* Malum eſſe ſubſtantiam à Deo quodã maligno conditã, qui bellũ gerat cum bono Deo, &c. 21 *Proſper in epiſt. ad Aug. conqueritur de Reliquijs Pelagij, quod claruit per orthodoxam doctrina,* Lapſis curã reſurgẽdi adimi, Sãctis occaſionẽ tẽporis adferri, removeri omnẽ induſtriã, tolliquc virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præveniat voluntates. *Planè acſi audires Remonſtrantes, qui in Colloq. Hag. & alibi paſſim eadem doctrinæ orthodoxæ Eccleſiarum impingunt, quæ tempore Proſperi objiciebantur à Reliquijs Pelagij, ut horum diſcipulos hodiè agnoſcas. Qui verò doctrinæ Eccleſiarum tam peſtilentes attribuunt fructus, non obſcurè, innuunt ſe hanc* Prædeſtinatorum *hæreſin habere pro genuina prole doctrinæ orthodoxæ. Sed contrariũ docet Sp. ſanctus in verbo Dei et conſcientijs ſanctorum, qui revera experiuntur, & demonſtrant ſuaviſſimã Dei dilectionem, & filialem ejus timorem, ardentiſſimumq́; pietatis ſtudium ex gratiæ hujus gratuitæ ſenſu tanquam ex proprio fonte permanare. Idẽ demonſtravit contra iſtos hæreticos pauco ante Pelagium tempore natos Auguſtinus in libro de ſanctorũ prædeſtinatione quẽ hac etiã occaſione eum ſcripſiſſe non injuria aſſerit Danæus, qui his prædeſtinatis ſimiles eſſe ait horum temporũ* libertinos, *quos ſpurcos & fœdos homines canum potius quàm hominum nomine cenſet dignos. In Auguſt. de hæreſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

proſit bonorum operum labor, ſi à Deo prædeſtinati ſunt ad mortem, nec impijs obſit quod improbè vivant, ſi à Deo prædeſtinati fuerint ad vitam, quæ aſſertio & bonos à bonis avocabat, & malos ad mala provocabat. Hæc hæreſis, inquit, *ex libris Auguſtini malè intellectis initium ſumſiſſe dicitur.* Et quorum Gerſon: *Fuit alter error, quod homo perfectus* 22 *nullam curam habere debet de rebus humanis, imò nec de ſeipſo, ſi damnetur vel ſalvetur, ſed in omnibus & ſingulis divinam exſpectare voluntatem. Habet error iſte ramos plurimos pullulantes ex dictis Apoſtoli & Auguſtini & ſimilium, malè intellectis ſuper Prædeſtinatione Dei*: additque, *Reperiuntur in doctoribus Theologiæ qui ſubtiles & profundi nominati ſunt, quædam poſitiones minus ſobriæ: ut, quod Deus vult & facit nos peccare: quod in ordine ad Deum omnia neceſſariò eveniunt, & ita neceſſariò peccamus: quod divina voluntas prius vult res eſſe, quam ſuus intellectus judicat res fore.* Et hæc quidē 23 Scyl-

ANNOTATIONES.

22 *Vide notam præcedentem.*

23 *Non quicquid Gerſon Doctor Pontificius improbat, ut Scylla, metuendum eſt. Quædam enim ex allatis traduntur in ſacris literis: quale illud eſt*: Omnia in ordine ad Deum neceſſariò evenire, *teſte etiam ipſo Vorſtio in tractat. de Deo. p. 262. vide Notas Piſcat. ad collat. p. 138. &c. Non debuit igitur hoc de pronunciatis Gerſonis dici abſque limitatione. Non pauca docet Gerſon, quæ inſtar Scyllæ ſunt metuēda, & evitanda, qualia ſunt quæ cum alijs* Pontificijs *in hiſce materijs habet communia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

la eſt ſanè metuenda : neque verò minus 24 periculoſa eſt ex adverſo latere Charybdis , Pelagianiſmus ſcilicet aut Semipelagianiſmus, ad 25 quem hæc dogmata pertinent.

ANNOTATIONES.

24 *Verè hoc & maſculè dictum, D. Groti , ſed rogamus Lectorem ut expendat, an tibi conſtes, qui infrà in excuſando Remonſtrantium Semipelagianiſmo tantopere deſudas.*

25 *Iniquior es in Semipelagianiſmum, quem à latere Pelagianiſmi collocas, ſed dogmata ejus retices, acſi aut nulla haberet aut eadem cum Pelagianis, cum tamē ipſa tua diſtinctio dogmatum poſtulet diſcretionem. Dogmata quæ recenſes, per voculam relativam* (Quem) *vis incauto Lectori perſuadere tam pertinere ad Semipelagianiſmum, quàm ad Pelagianiſmum, cùm tamen res ſe longè aliter habeat. Aut ipſe erras temerariâ credulitate, aut (quod credere nolim) fraudulentè ſtudes imperitū Lectorem fallere. Dogmata enim, quæ recitas, Pelagij ſunt, deſumta ex Concilijs Milevitano, Arauſicano & Carthaginēſi, in quibus, ipſe Pelagius eſt damnatus , non autē Semipelagiani poſt exorti , qui territi Pelagij damnatione parciùs locuti ſunt & timidiùs. Dogmata autem ad Semipelagianiſmum pertinētia accuratè in Epiſtolis ad Auguſtinum de Pelagij reliquijs enumerant Proſper & Hilarius : Hæc, ſcilicet , & ſimilia:*

I. Propoſitum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium vel in ipsâ conditione generis humani eligendorum & rejiciendorum dicitur facta diſcretio, ut ſecundū quod placuit Creatori, alij vaſa honoris , alij vaſa contumeliæ ſint creati , & lapſis curam reſurgendi adimere, & ſanctis occaſionem temporis adferre, &c: *Item*: propoſitū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

& prædeſtinationem eſſe ſecundum præſcientiam, ita ut Deus in regnum ſuum prædeſtinârit, quos credituros & in fide per gratiam Dei juvandâ manſuros præviderit, & ſic ob prævisam unicujuſque voluntatem, actionem & finem alios vaſa honoris fecerit, alios contumeliæ. *Item:* Non eſſe eligendorum & rejiciendorum definitum numerum, poſſe illum augeri & minui, poſſe de alijs ad alios tranſiri.

II. Pro univerſo genere humano mortuum eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & neminem prorſus à redemtione ſanguinis ejus exceptum, etiamſi omnem hanc vitam alieniſſima ab eo mente pertranſeat: Quantũ ad Deum attinet paratam eſſe omnibus vitam æternam: Omnes homines univerſaliter ad ſalutis donum licet diverſimodè vocari. Si quibuſdam non prædicetur, id ideò fieri, quod Deus præſciat illos non credituros.

III. Omnes homines in Adam perijſſe, nec quenquam proprio ſervari poſſe arbitrio, aut ad ullum bonum opus incipiendum nedum perficiendum ſibi ſufficere poſſe; Voluntatem ipſam quidam nihil valere; poſſe tamen velle ſervari, poſſe Medicum quærere, poſſe oblatam & paratam gratiam apprehendere, & auxilium gratiæ credelitatis merito accipere.

IV. Non dari talem perſeverantiam, à qua non permittatur prævaricari, ſive à qua homo ſuâ voluntate non poſſit deficere: Nihil prędeſtinatis donari, quod non propriâ voluntate poſſint amittere.

Hæc reliquijs Pelagij attribuunt Proſper & Hilarius in Epiſtolis ad Auguſtinum, quem iſtorum rogatu pleniſſimè iſthæc omnia è verbo Dei refutaſſe conſtat.

Nullam

Nullam eſſe humanæ naturæ depravationem. Gratiam ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, non ad adjutorium ne committantur. Gratiam adjuvare ad non peccandum duntaxat, quia per ipſam revelatur intelligentia mandatorum. Poſſe nos divina mandata ſine gratia implere, ſed non æquè facilè. Dimitte nobis debita noſtra à quibuſdam humiliter, non veraciter dici. 62 Initium fidei, invocationem, humilitatem, obedientiam, non eſſe per gratiæ donum. Per naturæ vigorem bonum aliquod ad ſalutem pertinens vitæ æternæ, cogitari, & expediri, & eligi: Sive ſalutari, id eſt Euangelicæ prædicationi conſentiri poſſe, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus Sancti. Alios miſericordia, alios ſine miſericordia per liberum arbitrium ſervari. Hos errores damnarunt Synodi complures; quarũ nunc extant Milevitana & Arauſicana poſterior. Neque ulteriùs ad condemnendas opiniones alias hoc quidem

ANNOTATIONES.

26 *Quam procul ab hac Charybdi abſint Remonſtrantes, colligi poteſt ex eo, quod non agnoſcunt aliam gratiæ operationem, quam cujus eventus & fructus pendeat à libero hominis arbitrio: item, quod hominis viribus tribuunt offerenti & ſuadenti Deo ſive verbo annunciato,* & Spiritui *ſancto intus allicienti & invitanti, vel aliâ ſimili ratione operanti (quod dicis cauſa ſolent addere) poſſe aſſentiri & annuere, oblatamq́; & intus pulchrè & ſuaviter propoſitam gratiam accipere. i.* credere. *itemque ex eo, quod hominem Luminis naturæ recto uſu contendunt Deum movere, ut* offerat *lumen Euangelij. Ad Venatorem autẽ quod attinet, quantopere illi ipſe* Pelagian*iſmus diſplicent, videre licet ex edita Declaratione.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

in argumento progreſſa eſt 27 antiquitatis modeſtia. Cæleſtinus itaque 28 Romanus Epiſcopus, alieniſſimus à Pe-

ANNOTATIONES.

27 *Id eſt, Patrum, qui in Synodis iſtis Pelagium damnârunt: de Semipelagianis in iſtis Concilÿs non fuit actum, erat enim illis res cum ipſo Pelagio. Semipelagianos poſtea à Proſpero, Auguſtino (quorum ſupra meminiſti) Maxentio & alÿs ex ÿſdem fundamentis, quibus oppreſſerant* Pelagium, *confutatos & damnatos eſſe conſtat ex ipſorum libris & hiſtoriâ. Quamvis autem in iſtis Concilÿs non fuerit* Patribus *negotiũ cum Semipelagianis, ſed ipſo* Pelagio, *ita tamen* Pelagium *refutarunt, & talia contra ipſum dogmata conſcripſerunt, ut illis Auguſtino & alÿs* Pelagÿ *reliquias profligare non fuerit difficile. Et ſic directè & nominatim ibi fuit damnatus* Pelagius, *indirectè & implicitè ſemipelagiani. vide notam 13.*

28 *Hic Cæleſtinus poſt Bonifacium & Zozimum impudentiſſimè pro Romanæ ſedis primatu depugnavit contra Carthaginenſem Synodum etiam poſt manifeſtatam falſatorum Concilÿ Nicæni canonum fraudem. Quæ tamen hîc pronunciat, non dubitamus quin manifeſtè pugnent cum doctrina Remonſtrantiũ, quamvis illi ſub voce* Irreſiſtibilis, *tanquam ſub clypeo, adverſus priſcæ Eccleſiæ damnationum tela ſe arbitrentur poſſe delitescere. Audiamus Iunium in Bell. cont. 4. pag. 104.* Damnatus in Africa Pelagius Romam venit, & pulvillos à Pontifice Rom. adeptus eſt, donec urgentibus Afris dimittere Pelagiũ coactus eſt. Inde fugiẽs in Palęſtinã Pelagius hæreſeos cõpertus atq; damnatus eſt Orientali Synodo: tandem cum perfugio Romæ uteretur, puduit Romanũ ſui, & cogitavit hominem & Meridianis Afrorum & Orientalibus Palęſtinorũ calculis damnatũ, Occidentalibus quoque damnandũ eſſe; id eſt, nõ ipſius authoritate, quâ Pontifex, ſed Eccleſiarũ Chriſti cenſura cõmuni quæ cis mare erant, &c, *hactenus Iunius.*

lagi-

lagianiſmo, poſtquam teſtatus eſt, hanc eſſe fidem Catholicam, *læſam omnium hominum innocentiam, nec quenquam poſſe conſurgere, niſi cum gratia Dei miſerenti erexerit: neminem bonum eſſe, niſi participatione ejus qui ſolus eſt bonus: neminem idoneum eſſe ad ſuperandas Diaboli inſidias, niſi quotidie Deo adjuvante: Liberi arbitrio neminem bene uti niſi per Chriſtum: Omnia ſtudia ſanctorum ad Dei laudem gloriamq́ue referenda:* Omnem ſanctam cogitationem & motum piæ voluntatis ex Deo eſſe: *Per gratiam Dei non ſolùm peccata dimitti, ſed adjuvari nos, ne committantur, neque ſine ea impleri divina mandata*; addit poſteà. 29 *Profundiores verò difficilioreſque partes intercurrentium quæſtionum quas latius pertractarunt qui hæreticis reſtiterunt*, (Auguſtinum imprimis indicans) *ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere: quia ad confitendam gratiam Dei, cujus operi ac dignationi* nihil penitus ſubtrahendum eſt, *ſatis ſufficere credimus, quicquid ſecundum prædictas regulas Apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerunt, ut prorſus non opinemur Catholicū, quod apparuerit præfixis ſententijs eſſe contrarium.* Aptemus hæc ad noſtras controverſias. Duæ ſunt apud nos de Prędeſtinatione & ijs quæ eò pertinent ſententiæ: altera eſt quam Franciſcus Gomarus, vir pereruditus duriuſculè,

ANNOTATIONES.

29 *Quamvis ad rem noſtram non magni interſit, quid Cœleſtinus in laboribus Auguſtini (quem ab ipſo indicatum arbitraris) probârit vel improbârit) pluris enim, ne hoc neſcias, hîc facimus unum Auguſtinum Afrum, quàm decem tales Cœleſtinos) certum tamen eſt Cœleſtinum Semipelagianos non pro-*

ut Sibran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

baſſe, nec labores Auguſtini contra ipſorum dogmata editos improbâſſe, ſed quædam, quæ in refutatione ſemipelagianorum intercurrunt, in medio reliquiſſe. Hanc m de iam cùm in Cæleſtino colludes, quare eam à Remonſtrantibus non exigis? ſcis illos audere, quod Cæleſtinus non eſt auſus contemnere, *ſc. orthodoxa & Auguſtinianis contraria, non tantùm* aſtruere, *ſed etiam ſententiam Auguſtini & Eccleſiarum noſtrarum tanquam impiam & horrendam palàm traducere, blaſphemias & Religionis pietatiſq́; ſubverſionem illi impingere utique ſi medius hîc fuiſſes, & neutri addictus parti, amplam in Remonſtrantes declamandi habuiſſes materiam.* Sed de eo tu videris. *Audi nunc alterius* P*apæ Hormiſdæ ſc. verba ad poſſeſſorem Epiſcopum Afrum:* De arbitrio tamen libero & gratia Dei, *inquit*, quid Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſervet Eccleſia, licet ex variis libris B. Auguſtini, & maximè ad Hilarium & Proſperum, abundè poſſet agnoſci, tamen & in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur, quæ ſi ibi deſunt & neceſſaria creditis, deſtinabimus. *Ecce hîc Hormiſda* Papa *aſſerit Catholica eſſe, & ab Eccleſia Romana probata, quæ Auguſtinus ad* Proſperum *& Hilarium de his materijs ſcripſit. Sed ignoras, D. Groti, quid Tilenus ad hæc Cæleſtini verba ab Arminio etiam allata reſponderit? videat Lector Conſiderationem D. Tileni. pag. 25. 26. 27. ubi non tantùm docetur, quid Cæleſtinus ſenſerit de Auguſtini ſcriptis contra Pelagianos & Semipelagianos, ſed etiam ex* Pro*ſpero evincitur his Cæleſtini verbis reliquias* Pelag*ij eodem modo, quo hîc Grotius, tum temporis eſſe abuſas.*

ut Sibran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ut Sibrando videtur, 30 Sibrandus verò mollius proponit: quæ etſi una à nonnullis dicitur, in multos tamen ramuſculos diffuſa eſt. Hanc ergo ſive unam, ſive multiplicem ſententiam, quin tolerabilem judicet Sibrandus, dubium non eſt: neq; 31 nos negamus, dummodò illa 32 Manichaïca quæ ante poſuimus ſatis vitentur. Altera ſententia eorum eſt, quos nunc Remonſtrantes ideo vocare cœpimus, quia libello exhibito Ordinibus Hollandiæ, ſententiam ſuam expoſuerũt, orantes ita ſentiendi, nec contra quam ſentirent docendi libertatem ſibi permitti. Ho-

ANNOTATIONES.

30 *Hæc eſt ſentẽtia Eccleſiarum Belgicarum, in Confeßione & Catechiſmo recepta, & hactenus publicè in Eccleſiis tradita.*

31 *At negant reipſa Arminius & Remonſtrantes, quoties ſc. dicunt ſentẽtiam illam blaſphemam eſſe in Deum, & tollere pietatem: Qui hoc ad nauſeam reponunt, idem eſt acſi intolerandam talem ſententiam dicerent, quicquid alias prætendant.*

32 *Ex ſenſu autem Arminij & Remonſtrantium evitari quomodo ſatis poßint, niſi prorſus abijciatur illa ſentẽtia, & recipiatur Arminiana? Nam contendant noſtram doctrinam Deum facere auctorem peccati, &, quod horribilius eſt, Deum ſolum peccati reum conſtituere, id eſt, novum inducere Manicheiſmum. Manichaïca igitur evitari* ſatis *non poterunt (ſi illis credẽdum) niſi obtineat Arminianiſmus, et per conſequens, toleranda non eſt ſententia noſtra, ut quæ à peſtifero Manicheiſmi fructu ſc. ſeparari nequeat. Videatur Declaratio ſententiæ Arminij & Colloq. Hagenſe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

rum ſententiam tolerari Sibrando 33 dolet, neque veretur

ANNOTATIONES.

33 *Et cui pio veritatis & pacis Eccleſiæ amanti non doleat? Viguit ante has diſſenſiones quies & concordia: ſonuit in Eccleſiis & Scholis pura & ſana veritatis doctrina; exultârunt in ea Filij Dei. Projectum eſt pomum* ἔριδος, *ruptum concordiæ vinculum, adulterata veritas gemit, abeunt in diverſa Doctores in Scholis & Eccleſiis, ſcinditur in partes populus, alienantur animi Magiſtratuum, hoſtibus, præſertim Satanæ, jucundum præbetur ſpectaculum, infirmis ponitur offendiculum, Reformato orbi malum obijcitur exemplum. Inductarum occaſione ſperabamus profectum in veritate & pietate; & ecce relāgueſcimus, ac veluti præteritorum ducti pænitentiâ pedem referimus. Acſi oneri & damno fuiſſet orthodoxia, ut de ſolio ea nunc deturbetur, optant multi qui geſtantur in ipſo Eccleſiæ gremio, & hoc interim agunt ut ſtabiliri poſſint* ἑτεροδιδασκαλοῦντες, *& nonnulli etiam viam veritatis* βλασφημοῦντες *in cathedra veritati conſecratâ. Ingratus eſt Eccleſiæ filius, qui talem matris deformationem non dolet. Sunt ſanè* ἄστοργοι *&* ἀπηλγηκότες *quidam, qui contentiones habent in delitijs & piſcari in turbidis deputant in lucro, ſed neque exiguus eſt eorum numerus, qui ſuſpiria, lachrymas & preces offerunt Domino, lugentes præſentia, & horrentes futura. Seritur enim impura poſteritas, ubi adulti refrigeſcunt, & juventus falsâ doctrinâ imbuitur. Parvum malum in initio magnum evadit in fine. Scimus hæc falsè à quibuſdam irrideri, ſed ſolamur nos ſincerâ conſcientiâ, & Dei omniſcientiâ. Si ab initio reformationis mali hujus neceſſitas lege quadam nobis fuiſſet impoſita, tolerabilius eſſet, quam initum in Conventibus Nationalibus et ſervatum hactenus orthodoxæ profeſſionis fœdus cū dedecore jam et probro violare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

eam 34 Socinianiſmi nomine infamare: quia ſcilicet 35 Socinus, eandem probet: Quæ conſequentia ſi admittitur, jam quicumque Deum eſſe credunt, Chriſtum vera & ſalutaria docuiſſe affirmant, 36 erunt Sociniani. Alii malunt Pelagianiſmi notam eidem ſententiæ inurere. Atqui nihil eorum quæ ut Pelagiana damnavit vetus Eccleſia, Remonſtrantes pro ſuis 37 agnoſcunt: nam ex quinque eo-

ANNOTATIONES.

34 *Non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: prout, ſcilicet, à Vorſtio, Arminio, Bertio, & horum aſſeclis exponitur et defenditur. Hos Socinum ſequi in his materijs, et ipſius pugnare armis non tantùm probavit D. Sibrandus, ſed lippis pene notum eſt et tonſoribus.*

35 *Non ſimpliciter*, quia eam probat, *ſed quia eam peculiari modo, et ſtudio ſingulari excoluit, in ea praivit et excelluit. Si D. Grotio licuit Eccleſiarum Reformatarum ſententiam appellare* Sibrandianam, *majori jure licebit D. Sibrando illam appellare* Socinianam, *utpote è Socini ſcriptis à compluribus hauſtam et defenſam; adde per quam è Socino non pauci didicerunt in Eccleſias Reformatas facere impreſſionem, et cæteris ejus dogmatibus ſternere viam. Hoc eſt illud moderatioris quorundam Theologiæ ſecretum, ut conſtat è literis Diſcipulorum Vorſtij.*

36 *Non ſequitur à diſſimili, ut patet ex notis præcedētibus.*

37 Aliud eſt Pelagium dānare nominatim, *inquit Whitakerus in orat. ult.* aliud Pelagiana omnia damnare. *Aſſerit ibidem Whitakerus Fauſtum quendam, qui contra Auguſtinum ſcripſit, Pelagianum revera fuiſſe, et tamen Pelagium nominatim damnaſſe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

rum effatis tertium ita habet: *Quod homo ſalutarem fidem à ſe non habet, neque ex liberi arbitrij viribus, ſiquidem in ſtatu defectionis & peccati nihil boni, quodquidem verè bonum ſit (quale eſt imprimis fides ſalutaris) ex ſe & à ſe poteſt cogitare, velle, aut facere: ſed neceſſe eſt eum à Deo in Chriſto per Spiritum ſanctum regenerari & renovari in intellectu, affectu, ſeu voluntate, & omnibus viribus, ut verum bonum rectè poſſit intelligere, cogitare, velle, & perficere, ſecundũ verbũ Chriſti, Ioan. xv. v. Sine me nihil poteſtis.* Qua confeſſione 38 cõ-

ANNOTATIONES.

38 *Sanè ſi verba ſpectes: ſed ſi attendas ad ſenſum & explicationem ipſorum, tantum abeſt ut Semipelagianiſmus confodiatur, ut potiùs occultè ſtabiliatur. Quid enim ſibi volunt iſtis verbis:* Non habere hominem fidem à ſe, neque ex liberi arbitrij viribus; nec poſſe in ſtatu peccati à ſe & ex ſe cogitare, velle facere aliquid verè bonum, &c? *Videntur velle dicere, non eſſe penes hominem poteſtatem oblatam ſalutarem gratiam accipiendi, i. eſt,* credendi: *videntur, inquã, hoc velle dicere, ſed hoc, quod videntur dicere non dicunt, ſed negant. Hæc enim eſt ipſorum mens: Non credere hominem,* niſi *Deus (& quidem bono luminis naturæ uſu motus) offerat Euangelium: Quibus autem offertur Euangelium, illis (Arminius ait* penè omnibus: *citante I. Arnoldi p. 432. ipſe I. Arnoldi pag. 437. de ſententia Arminij addit:* ſi digni ſint Euangelii auditores; *acſi tales eſſent* penè omnes. *Remonſtrantes dicunt Collat. Hag. pag. 258. Deum ubique & omnibus quibus Euangelium offertur, paratum eſſe convertere Spiritu vivificante) Deum vel dare, vel paratum eſſe* dare vires (*id eſt, mentem*

tem illuminare, & voluntatem vivificare: & ſic rurſum dare vires idem ipſis eſt, atque occaſionem & anſam ſuis utendi viribus voluntati ſuppeditare) ut poſſint credere, venire, aſſentiri, converti, Spiritum ſanctum intendere converſionem, paratum eſſe ad intrandum, item ſuadere, allicere, &c. Quicquid autem fiat, manere ſemper in poteſtate hominis Spiritum regenerantem admittere, vel non admittere, viribus illis quas vocant datas, uti vel non uti, id eſt, credere, vel non credere. Summatim, quomodocumque Deus agat, offerendo, commendando, ſuadendo, vires illas quantum in ſe eſt, ſuggerendo, penes hominem eſſe ſemper & manere poteſtatem, accipiendi, utendi, aſſentiendi, id eſt, credendi. Quod quid eſt aliud, quam hominem occaſione talium operationum Dei, arbitrij liberi viribus, ſive humanâ, id eſt, ſua poteſtate credere, ſive proferre quidem ex ſe & ſui liberi arbitrij viribus fidem, ſed non niſi monitum & invitatum à Deo? Si itaque ea, quæ de præcedaneis, ut loquuntur, Dei operationibus prolixè diſſerunt, conſideres, multum videntur præferre lucis, ſed ſi diſtinguas inter oblationem Chriſti & ejus receptionem, quod eſt credere, jam meræ ſunt tenebræ, ubi multum lucis apparebat: id eſt, Oblatio doni, commendatio, ſuaſio, invitatio, vel ſimile quia eſt, eſt à Deo; ſed fides ipſa ab homine & ejus libero arbitrio. Audiamus ipſorum verba. In Collatione Hagenſi pag. 260. de modo ſuaſionis ſic loquuntur: Poſſemus diſputare (ut nonnulli faciunt) annon hic ſit nobiliſſimus operationis modus in homine, qui fit per ſuaſionem? & an commodè alius modus poſſit uſurpari ſalvis proprietatibus naturę in ipſo homine? & an propterea non ſit modus iſte ſatis efficax, quandoquidem par eſt modo illi quo utitur Satanas? quãvis interim arbitremur eſſe alias varias operationes, quas Satanas facere nõ

poteſt; exempli gratia, immediata mentis illuminatio, quæ in hac cauſa multum poteſt: *ſed hæc nihil ad voluntatem, cujus naturam ejus gratiæ, cuius mens eſt capax, incapacem eſſe contendunt: pagina enim 150. aſſerunt, infuſionem ſcientiæ & ſanctitatis locum habere poſſe in mente & affectibus, in voluntate nequaquam, ut quæ liberam poteſtatem tam ad* bonum *quàm ad malum nec amiſerit, nec amittere potuerit per peccatum, eo quod pars ſit naturæ concreatæ, ſed rectitudo et juſtitia originalis etiam fuit homini concreata, & naturalis, et tamen per peccatum amiſſa. ſed iſta* παρέργως. *Innuunt igitur citato loco, reſpectu voluntatis nobiliſsimum operationis modum eſſe ſuaſionem, ſed reſpectu mentis Deum aliter poſſe operari. Reſpectu voluntatis, pari modo, ſc. ſuaſionis, operari Deum & Satanam, licet argumentis imparibus: reſpectu mentis plus poſſe Deum & facere quam Satanam. Eadem paginâ 260. paulò rotundiùs & clariùs mentem explicant his verbis:*

" Præter omnia alia perſuaſionis dona, quærimus ex fratri-
" bus, ſi ipſa perſuaſionis argumenta conferantur & ponde-
" rentur, an non *multò efficacius operetur* in ſuadendo is qui
" promittit æterna & immarceſſibilia bona, atque is qui tā-
" tum temporalia & caduca promittit? *Iam verò tale diſcri-*
" *men eſt inter illectionem Dei ab una, et Satanæ ab altera parte;*
" *et propterea magnum eſt diſcrimen in efficacia.* Imò fieri ali-
" ter non poteſt, ubi duo contrariis ſuaſionibus circa homi-
" nem contendunt, quin unus altero operetur efficacius:
" abſque eo enim neuter hominem in ſuas partes pertrahe-
" ret. Et propterea cùm converſio actu ſequitur, ibi Spiri-
" tus S. efficaciùs operatus eſt (id eſt, *efficacioribus uſus eſt*
" *ſuaſionis argumentis*) quàm Satanas: ſed qui Spiritui S. (id
" eſt, *ejus ſuaſionibus*) reſiſtunt, verum eſt Satanam in iſtis

vincere

vincere quoad effectum & eventum: ſed non efficaciâ a-"
licujus potentię contra Spiritum Dei,cujus potentiæ nec"
Satan nec homo poſſet reſiſtere,ſi converſionem hominis"
vellet efficaciâ omnipotentiæ irreſiſtibiliter operari; ſed"
hoc ipſi non placet."

Hiſce verbis clarè docent, eundem & parem eſſe modum operationis Dei & Satanæ ſuaſionem, ſcilicet: ſed argumentorum eſſe magnam imparitatem: Vincere interdum Spiritum *S. non potentiâ aliquâ, ſed argumentorum præſtantiâ: interdum vice verſa victorem eſſe* Satanam *non quidem quod argumenta eius fuerint in ſeſe præſtantiora, ſed quod homo ea pluris fecerit, & argumentis melioribus prætulerit.* Suadet igitur *Deus, ut homo credat,* Satanas *diſſuadet. Homo in poteſtate ſua habet, ut ſequatur Deum, et credat, vel ut ſequatur* Satanam, *et non credat. Et ſic homo inter utrumque verſatur in æquilibrio, atque in ſua habet poteſtate et arbitrio, ut vel* Spiritus S. *vel Satanæ lancem deprimat, et faciat præponderare. Fides igitur ſecundū illos, non eſt ab homine, id eſt, pondera argumentorum lanci impoſita non ſunt ab homine; depreſſio tamen lancis in libra (.i. credere, ſive fides ipſa) eſt ab homine. Mirum, ſi prudens Lector non videat hîc eſſe evoluta, quæ obtecta alibi ſunt & involuta.* Sic *I. Arnoldi unus è Remonſtrantibus contra Tilenum pag. 337.* Arminii, *inquit*, ſententia eſt: Gratiam non ita inſtruere hominem novis viribus, quin ſem-permaneat in hominis poteſtate iis uti vel non uti; *id eſt, credere vel non credere, cōverti vel non converti. Cum his congruunt articuli, quos Fratres orthodoxi in Collatione Hagenſi teſtantur à* Remonſtrātibus *tradi paſſim in editis ſcriptis: hi ſcilicet:*

1. In ſpirituali hominis morte voluntatem hominis re-"
tinuiſſe liberam poteſtatem ad utrumque, videlicet ad eli-"
gendum

" gendum & faciendum bonum vel malum : eo quod iſta
" libera poteſtas ſit pars concreatæ naturæ, quam homo ſpi-
" rituali morte non amiſit. 2. Deum quidem mentem
" hominis illuminare irreſiſtibiliter, ſive ſine cooperatione
" hominis & pulſare ad cor, ſed hominis voluntati ſemper
" relinqui concreatam liberam poteſtatem, ſive liberam e-
" lectionem ad agnitum ſpirituale bonum accipiendum vel
" non accipiendum, aſſentiendum vel non aſſentiendum.
" 3 Duas eſſe fidei & converſionis noſtræ cauſas, Dei gra-
" tiam, & hominis voluntatem, &c.

Videt igitur Lector in verbis ſpeciem orthodoxiæ, in ſenſu & explicatione ſatis manifeſtam heterodoxiam, quæ quam procul abeat à reliquijs Pelagij facilè judicabunt, quorum ſenſus in his ſunt exercitati: Ex hoc fonte manat quod in Collatione Hagenſi teſtimonia illa Scripturæ, quibus Fratres orthodoxi probant Fidem eſſe Dei donum, & potentiâ ejus in nobis effici, arte exquiſitâ conantur obſcurare & eludere: item, quod paſſim tam anxiè præmoneant non eſſe controverſiam de ipſa gratia, ſed de modo irreſiſtibilitatis. At revera quæritur & controvertitur de ipſamet illa gratia, quæ ad ſalutem noſtram maximè eſt neceſſaria, quæ eſt, non objecti fidei præparatio, oblatio, notificatio (liceat ſic loqui) commendatio & ſuaſio, ſed ipſius, inquam, fidei donatio ſive effectio in nobis & procreatio, quam Patres Arauſicani appellant mutationem dexteræ *Excelſi. cap. 15. Quod Remonſtrantes (ut i v diam declinent, & pondus controverſiæ obſcurent)* modum *appellant gratiæ, hoc revera eſt ipſa illa gratia, quâ ad ſalutem homo convertitur, & fide ſalutari donatur. Illa eſt,* ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ. *1. Cor. 4. 7. id eſt, eminentia ſive magnitudo potentiæ Dei. Sive* τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. *Epheſ. 1, 19. id eſt,*

id eſt, excellēs illa magnitudo potentiæ ejus & efficacitas fortis roboris ipſius: itē potētia *illa, quâ ramos ex oleaſtro defractos cōtra naturā inſerit pingui oleæ, Rō. 11, 23, 24. Hujus potētiæ inſtrumētū eſt Euagelij prædicatio, quod propterea potentiam Dei ad ſalutē Rō. 1. appellari nō injuria docēt orthodoxi, ſicuti etiam Paulus ipſe fatetur ſe Euangelij miniſtrum fuiſſe* ſecundum donum gratiæ, *inquit, quæ mihi data eſt* κατὰ τ̃ ἐνεργειαν τ̃ δυνάμεως αὐτȣ̃, *id eſt, ſecundum operationem potentiæ ejus, ſive potentem ejus operationem. In opere novæ & cœleſtis creationis, regenerationis, vivificationis non novit Scriptura partitionem inter Deum & nos. At, inquies, etiam Remonſtrantes loquuntur de efficacia & potentia quæ ſuperet vires hominum & omnium creaturarum? Ita eſt, ſed quid ſibi iſtâ verborum larvâ velint, liquet ex ſupra dictis: Conſtituunt enim efficaciam illam non in potenti fidei in cordibus noſtris productione, ſed in fidei obiecti excellentia & præſtantiâ argumentorum ſuaſionis divinæ, ſive promiſſionibus oblatis, ſive efficacia obiectiva, ſicuti de modo obiecti differunt pag. 263. vel referunt illam ad mortuorum in fine mundi ſuſcitationem. Huc etiam pertinēt illa verba, quæ extāt in Collat. Hagenſi pag. 261. et 262.*

Etiamſi, *inquiunt*, eſſet *ſuaſio*, cujus *argumentum* deſum- ,,
tum eſſet à re tali, quam nemo poteſt cogitare, quamque ,,
nemo in ſua manu & poteſtate habet præter Deum ſolū, ,,
illa (*ſuaſio*) tantæ eſſet *efficaciæ, ut omnes humanas & crea-* ,,
tas vires ſuperaret, & tamen non eſſet irreſiſtibilis. *Et ſic ſe* ,,
revera hæc res habet. Nam ad converſionem talis *efficacia* ,,
requiritur, quæ omnes naturales vires ſuperet, & tamen ,,
non operetur irreſiſtibiliter: Si enim neceſſe eſt ut natura ,,
efficaciter convertatur, oportet aliquid ſe ipsâ habeat effi- ,,
cacius quo ſeipſam ſuperet, & quidem ſupernaturale: ,,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

„ non poteſt enim natura ſeipſam per ſeipſam ſuperare: o-
„ portet igitur ut ſit *bonum aliquod & aliqua efficacia* quæ ſint
„ ſupra naturam: An verò hoc non ſit *promiſſio vitæ æternæ*,
„ quam nec oculus vidit, nec auris audivit, quæ in hominis
„ cogitationem non venit, poſſunt illi judicare, qui bonum
„ Dei verbum & virtutes futuri ſeculi guſtaverunt: cujus
„ tamen operatio non eſt irreſiſtibilis. *Et pag. 263.* In loco
„ Epheſ. 1, 18. 19. Deo tribuitur potens operatio circa fide-
„ les, ut intelligant quam magna ſit potētia in ſe ipſis, quos
„ non minus nec aliter excitabit die ultimo è mortuis, atq;
„ Filium ſuum, in quo velut ſpecimen edidit, ſuſcitavit.

Non poſſum quin hîc ſubjungam verba Clariſſimi & Reverendi D. Dav. dis Paræi Theologi Heydelbergenſis, quæ de hoc Reſiſtibilitatis *effugio habet in ſua nuper edita Diſputat. contra Bell. pag. 141.*

„ Quæris, inquit, quid de illa Reſiſtibilitate ſit ſentien-
„ dum? Excrementum hoc nuper quidam excogitavit, qui
„ novas moliens opiniones, *nomen ut æterno factis inſcriberet*
„ *ævo*, novas phraſes excogitavit. Dico breviter, ex parte
„ hominis non regenerati, quãtum ad ejus pravitatem, gra-
„ tiam nimis eſſe reſiſtibilem: quandoquidem homo ani-
„ malis nō modo poteſt reſiſtere, ſed etiam nihil poteſt niſi
„ reſiſtere gratiæ Dei (*quemadmodum etiam nos annotavimus*
„ *nota 77*) ſicut dicitur: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt*
„ *ſpiritus Dei.* 1. Cor. 2. 14. &: *Prudentia carnis legi Dei non*
„ *ſubjicitur, ac ne poteſt quidem.* Ex parte verò Dei quantum
„ ad ejus beneplacitum, gratiâ rectiſſimè dicitur IRRESIS-
„ TIBILIS, gratia, inquam, movens, efficax (de qua ſola eſt
„ quæſtio) adeò ut dicere gratiam efficacem eſſe reſiſtibilē
„ ſit negare eſſe efficacem, ſit ſe implicare & blaſphemare

quo

quod Deus cum ſua efficace gratia homuncionum reſiſtētiæ ſubjaceat. Quorſum verò, quæſo, ab iſtis urgetur RESISTIBILITAS? Nonné ut voluntatis humanæ ſtabiliant vires & libertatem? Quæ verò inſania vires in ſcelere, libertatem in defectu quærere, laudare? Poſſe enim reſiſtere gratiæ & Spiritui ſancto, quid eſt niſi poſſe ſe ſcelere obſtringere, poſſe peccare, poſſe Deum offendere, poſſe ſe præcipitare: Atqui has ineptias nimis poſſe & facere tota queritur Scriptura: Verum hoc obiter: cui addo Auguſtini ſententiam de corrept. & grat. cap. 14. Deo volenti ſalvum facere, inquit, nullum hominū reſiſtit arbitriū. Sic enim velle & nolle in volentis aut nolentis eſt poteſtate, ut divinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem: *Rurſus pag. 568. ubi reſpondet ad modum illum operationis Divinæ, quem Bellarminus nominat obiectivum per internam ſuaſionem, ſed efficaciſſimam, ita ut reſiſti non* POSSIT: *Tertius modus, inquit* Paræus, *eſt Sophiſticus: Interna enim ſuaſio Dei eſt efficaciſſima, non ut reſiſti non* POSSIT, *ſed ut voluntas* RESISTERE NON VELIT. *Poteſt enim voluntas ſuo vitio gratiæ reſiſtere, ſed ſponte tunc non vult reſiſtere, quia non reſiſtendi ſed aſſentiendi actū gratia efficaciſſimè in ea operatur. Vnde quid de gratia Reſiſtibili* Arminii, *quam ex hoc Bellar. ſophiſmate hauſit, ſtatuendum ſit, liquet.*

Idem D. Paræus contra ſententiam Bellarmini de modo internæ ſuaſionis (*quam ſupra quoque prædicari vidimus & extolli à Remonſtrantibus*) *inter alia ſic diſputat: pag. 165.*

Docet Scriptura ſacra hominis carnalis converſionem fieri non ſolum ſuaſione morali, ſed operatione Dei longè diviniore nec omninò inferiore quàm fuit prima hominis creatio. Cùm enim homo poſt lapſum oculis & auribus

“ auribus mentis ſit cœcus & ſurdus, corde totus perver-
“ ſus, in peccatis mortuus: ut ad Deum convertatur, Scri-
“ ptura neceſſe eſſe docet, ut gratiâ ſingulari ſpiritus Dei
“ denuò creetur, regeneretur, renaſcatur, illuminetur, cor
“ ei aperiatur, lapideum auferatur, carneum detur, traha-
“ tur, à morte peccati ſuſcitetur, vivificietur. Pſal. 51, 12. Io-
“ han. 3, 5. Pſal. 11, 4. Act. 16, 14. Ezech. 11, 19. & 36, 26. Io-
“ han. 6, 44. Epheſ. 1, 14. Ergo ſuaſio moralis vim gratiæ
“ efficacis & converſionis noſtræ non ſufficenter exprimit,
“ ſed extenuat, obſcurat, imò abnegat, tollit. Quis enim
“ niſi extremè protervus dicere auſit, hominem regenera-
“ re, novum creare, cor carneum dare, lapideum auferre, o-
“ culos, aures, cor aperire, à morte ſuſcitare, vivificare, nihil
“ aliud eſt niſi cōverſionem moraliter ſuadere, hoc eſt, præ-
“ ceptis, rationibus, precibus ad converſionem invitare, ut
“ cùm orator eleganter perorando ſuadet, perſuadet: *ad-*
“ *dit poſt paucula dictum Auguſtini* lib. de grat. Chriſti cap.
“ 24. ubi expreſſè dicit, *non lege et doctrinâ forinſecus inſonan-*
“ *te, ſed interna & arcana mirabili & ineffabili poteſtate Deum*
“ *in cordibus hominum operari non ſolùm veras revelationes,*
“ *ſed & bonas voluntates*: Certè arcana, mirabilis, ineffabi-
“ lis Dei poteſtas non eſt tantùm moralis ſuaſio, addit Pa-
“ ræus. Item de lib. arbit. cap. 20, dicit Auguſt. *Deum bonas*
“ *hominum voluntates facere ex malis, & à ſe factas bonas in a-*
“ *ctus bonos, & in æternam dirigere vitam.* ubi (*addit Paræus*)
“ duo diſtinctè tribuit Deo: *unum* facere voluntates bonas
“ ex malis, nempe per ineffabilem efficacis gratiæ opera-
“ tionem, quam Scriptura novam creationem, regenera-
“ tionem vocat. *alterum*, bonas voluntates à ſe factas diri-
“ gere, nempe intus per ductum Spiritus, foris per verbum

legis & Euangelij, &c: *Si hîc Remonſtrantibus libeat uti ſuis* ”
æquivocationibus, non negabunt, credo, Deum facere ex malis voluntatibus bonas, ſed quo ſenſu? non operando propriè in voluntate, eamve mutando, ſed operando circa eam, ſuadendo, ſcilicet, invitando & rogando hanc liberam BARONISSAM *& ſui ipſius etiam in ſalutaribus* DOMINAM *ut ſeipſam velit facere bonam & cælum conſcendere. Et hoc erit ſenſus aurei illius dicti Servatoris:* ſine me nihil poteſtis facere, *id eſt Totum eſt in veſtrâ poteſtate: poteſtis, ſcilicet quod vultis & velle poteſtis; modò ego bonorum meorum excellentiam ad vivum vobis depingam, & vos ad ea accipienda adhorter & moneam, actusque bonos eliciam. Meum eſt dare operam (niſi tamen & ſic obſtetis aut me fallat nuncius) ut intelligatis, veſtræ eſt poteſtatis ſequi & perſeverare. Mirum quorſum tandem evadãt operationes Spiritus Sancti?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

foditur Pelagianiſmus: quanto 39 magis ſi illa addas quæ ipſi in ſententiæ ſuæ expoſitione addiderunt, 40 *Non omnes homines repoſitos in ſtatum conciliationis & gratiæ ſalutaris. Eſſe aliquod de vocandis per Euangelium hominibus & danda fide 41 decretum captu noſtro ſublimius. Deum liberrimè dona ſua diſpenſare, ita ut non circa omnes omnibus utatur*

ANNOTATIONES.

39 *Imò minus ſi reſpicias ad ſenſum & explicationem.*

40 *Contendunt tamen Chriſtum omnibus omninò hominibus acquiſiviſſe ſeu impetraſſe Reconciliationem cum Deo & peccatorum remiſſionem: Nonnulli inſuper ex ipſis affirmant (ſicuti Fratres orthodoxi teſtantur in Collatione Hagenſi)* omnes homines in ſtatum gratiæ & reconciliationis eſſe repoſitos ex parte Dei.

41 *Quod, obſecro, decretum & quam ſublimitatem? Num decretum illud verè ſublime* ἀνεξιχνίαστον καὶ ἀνεξερεύνατον, *id eſt, imperveſtigabile & inſcrutabile, quo Deus ſecundum ſuum beneplacitũ ex lapſo genere humano quoſdam decrevit in Chriſto inſtaurare, & per Euangelij prædicationem admirandâ & incomprehenſibili viciſſitudine ad ejus communionem vocare, quoſdam verò in tenebris relinquere & ad communionẽ Chriſti non vocare nec Euangelium ipſis offere? Nihil minùs. Diſertè enim in Collatione Hagenſi negant ſe tale decretum agnoſcere. Reſpondeant igitur ipſi Collationis Hagenſis paginâ 162.*

I. *Potuit*, inquiunt, verbum Reconciliationis latiùs propagari quam nos ſciamus, licet poſtea fuerit obſcuratum vel collapſum.

II. *Potuit* in culpâ eſſe partim negligẽtia præconum,

qui

qui in propagatione Regni Chriſti non ſatis fidei & diligentiæ præſtiterint: partim hominum ingratitudo, quâ curſus Euangelij ſit impeditus.

III. *Poteſt* Deus, ſi ſic ipſi fuerit viſum, alio medio uti ad revelandam ſuam voluntatem: imò *poteſt* Angelum mittere, &c:

(Hactenus nihil adferunt præter [POSSE] *acſi nihil hic habere et certi vel explorati: ſed concluſionem continenter annectunt Categoricam, hanc ſcilicet:)*

Ad ſummam; Cauſa quærenda eſt in antecedentibus hominum peccatis & malitiâ, propter quæ verbum aut NON MITTIT aut aufert Deus ut juſtus Iudex, &c. „

*Vide nunc, D. Groti, ubi compareat ſublime hoc decretum quod eos ais agnoſcere? quæres hoc in dubitationibus ipſorum & omnibus iſtis (*POSSE*?) Non opinor. Num in annexâ affirmatione? At ibi omnis (niſi communem illam omnium Dei attributorum & operum ſublimitatem intelligas, ſecundum quam captu noſtro ſublimius eſt, quod homo ambulet, loquatur, intelligat, pingat, &c: ſed de ijs conſtat non agi verum de tali ſublimitate quæ inſcrutabilem & impervestigabilem cõtineat rationem juſtitiæ & libertatis divinæ, & quæ rationi humanæ videatur ſapere injuſtitiam & tyrannidem) iſta ſublimitas eſt ſublata, & contenditur rem eſſe planã. Cauſam enim ponunt in* MALIS *hominum* MERITIS *quæ juſtè puniat Deus: in quo facilè acquieſcit cor noſtrum. Sed cùm Scriptura teſtetur in Vet. Teſtamento Iudæos, cum nihilo gẽtibus meriti & naturâ eſſent meliores, eſſe vocatos per verbum; Gentes verò in tenebris eſſe relictas: In Novo autem Teſtamento Iudæorum maximam partem, excæcatam, induratam, & ex oleâ defractam, Gentes verò Iudæis nihilo meliores ex oleaſtro defractas, & oleæ contra na-*

turam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

turam eſſe inſitas: Iudæos, cum gentium plenitudo introierit, rurſus oleæ propriæ eſſe inſerendos; Cum præterea conſtet omnes gentes vocatas vocatione fuiſſe indignas, lumine naturæ turpiter abuſas, concluſas εἰς ἀπείθειαν, idolatriæ immerſas, & varijs ſceleribus oppleta, ut docet Apoſtolus Rom. 1. 11. 1. Cor. 6. Epheſ. 2. & paſſim alibi: Alijs autem eorundem meritorum gentibus hanc vocationis gratiam non conferri, & liberè eam per univerſum orbem in maligno poſitum diſpenſari: Cùm, inquam, hæc ſublimis iſtius decreti & incomprehenſibilis iſtius in diſpenſanda gratiæ viciſſitudine veſtigia & documẽta ſcriptura commonſtret & experientia comprobet, nonnè ſatius eſſet decretum hoc captu ſublimius agnoſcere, quam, ut captui noſtro ſubſit Deus, ad tam ἀσύστατα ſe convertere? Gentium partem multò maximam ſeculis aliquot non eſſe vocatam confirmant navigationes noſtratium & exterorum. Indignum verò Deo eſſet permittere ut culpâ nuncij careant bono tam pretioſè per Filium unigenitum acquiſito ij, quibus illud Filius ille Dei impetravit, id eſt, ſinguli & omnes homines, ex ipſorum ſententia. Qui majus, id eſt, ipſum ſalutare donum paravit, annè deficiet in minori, id eſt, in miſſione nuncij fidelis & diligẽtis? An non eundem habet Zeli Spiritum, quem Apoſtolus & varijs Apoſtolicis viris contulit? Prædicabitur, ſi miſerit Dominus cujus eſt operarios extrudere in vineam ſuam. Et quid fiet illis, qui non ſuâ ſed alienâ culpâ (nuncij ſcilicet) futuri ſunt paſſim infideles? Et quid certi in opere ſuo experietur Dominus, ſi eventus etiam dependeat à nuncio, ubi alias plus ſatis metus & ſpei, eo quod fructus effuſi ſanguinis Filij Dei ſolitudo vel frequentia in cælo & inferno dependeat à libera mortalium poteſtate, quorum eſt vel Deum recreare vel Satanã beare: ſed quid ſi aut nullus voluerit aſcendere in cælum, vel nullus è con-

trario deſcendere in infernum. Metuendumné aut ſperandum, ut fruſtra conditū ſit alterum de duobus habitaculis? Certè hujuſmodi nugarū genitrix eſt illa libertas ab hominis poteſtate dependens. Si hominum accuſas mala merita, omnes naturâ fuimus oleaſter. Extraordinariè autem ſive abſque Euangelij prædicatione & per prædicationem Angelicam vocari ampliſſimam mundi partem, quis ſanus credat, cum ſcripturæ & diametro hoc commentum repugnet, & ipſa contrarium clamet experientia? Quid igitur dicemus ad hæc? In has compingi tenebras qui à ſplendore veritatis oculos avertunt. Quæ igitur de ſublimi decreto hîc narrat D. Grotius, nihil ſunt niſi meræ verborum ampullæ & fallaces illecebræ. ſine ſcrupulo (*inquit Auguſtinus de Pelagianorum quibuſdam dictis contra duas Pelagij epiſtolas*) hæc acciperentur, ſi non ab iſtis, quorum ſenſus notus eſt, dicerentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

modis, ſed conferat paribus imparia, imparibus 42 *paria, in-*

ANNOTATIONES.

42 *Omnibus tamen talia quæ ad ipſos ad ſalutem perducendos poßint ſufficere, ſiquidem ijs rectè velint uti, quod facere eos poſſe non ſit negandũ: ſi non fecerint, eſſe eos* ἀναπολογήτους. *i. inexcuſabiles. Inexcuſabilem enim neminem jure dici, niſi qui ita ſit vocatus, ut potuerit ſi voluerit, ad ſalutẽ pervenire. Pares igitur omnes quoad vocationis ſufficientiam. Arminius in Antiperkinſio pag. 259.* Omnes homines aliqua voca-
" tione vocantur, nempe per iſtam teſtificationem Dei, quâ
" adduci poſſunt ut palpando Deum inveniant, & illâ veri-
" tate quam in injuſtitia detinent, hoc eſt, cujus in ſe effectũ
" impediunt: & illa legis in mentes inſcriptione, ſecundum
" quam cogitationes habent ipſos accuſantes. Hæc autem
" vocatio quanquam ſalutaris non eſt, utpote ex qua ſalus
" *immediatè* obtineri non poſſit: *tamen præcedanea poteſt dici ſalutari, qua Chriſtus offertur; quæ ipſam rectè uſurpatam ex Dei miſericordia ſit conſecutura.*

Scriptura verò teſtatur gentes hæc omnia non rectè ſed malè uſurpaſſe, & ex mera gratia eſſe vocatas per Euangelium, quæcumque vocatæ ſunt antehac, & vocantur hodiè.

Ioh. Arnoldi unus è Remonſtrantibus contra Tilenum p. 397.
" Reſpondeo, inquit, verùm quidem eſſe ſine fide Chriſti
" talia opera non poſſe præſtari, quæ *in Chriſto ad ſalutem*
" placeant, *uti* placent ea quæ ex *iſta* fide proficiſcuntur: ni-
" hilominus tamẽ etiam Deo *ſuo modo* placere (vult dicere:
" *extra Chriſtum*) ea opera quæ fiunt vi Spiritus ad regenera-
" tionem peccatorem ex legis concione præparantis, ani-

mumq;

mũq; hominis ad pœnitentiã cõmoventis: exẽpli gratia: „
peccatorum confeſſio, dolor, initialis timor, &c: quando- „
quidem Scriptura expreſsè teſtetur; Sacrificiũ quod Deo „
placet, eſſe (*eccè hoc tribuit non regenitis*) contribulatum Spi- „
ritum, Deumq; in contrito Spiritu velle habitare. Quod „
verò ad hũc Spiritum ad regenerationem dicto modo di- „
ſponentem attinet, dico, licet *fortè* in omnibus non aget „
æqualiter, Deum tamen per legis miniſterium, ſeu per „
illum Spiritum in lege efficacem in *omnibus* aliquo modo „
& gradu operari, & hoc quidem fine ut ad fidem Chriſti „
omnes paulatim adducat, *quem Deus ex parte ſua omnibus pa-* „
ratus eſt revelare. & *pag.* 159. Verùm eſt illum, qui hoc „
lumen (*naturæ*) habet, aliquid per illud lumen poſſe, utut „
hoc ſit perexiguum. Ideoque non eſt negandum talem, „
ſiquidem hoc exiguum præſtet & in parvo fidelis ſit, à „
Deo majus lumen & majores vires, quibus plura facere „
poſſit, accepturum. & *pag.* 158. Quantulum verò ſit quod „
homo corruptus poteſt, hoc vult Deus ut faciat, & hoc dum „
facit homo, gratiâ, quam habet, (.i. *lumine Naturæ*) rectè „
utitur. Iam verò hoc pacto gratiâ ſuâ utenti, quodq; per „
eandem poteſt facienti Deum plura & majora dona lar- „
giturum ſentit D. Arminius, & hoc putat à Chriſto ſigni- „
ficatum eſſe cùm dixit: *Habenti dabitur*, &c: & *pag.* 369. „
Quare cùm Arminius & hîc & paſſim apertè ſatis profi- „
teatur, ſentire ſe Deum *omnibus* media ad fidem & reſipi- „
ſcentiam *neceſſaria* Sufficiẽter & Efficaciter adminiſtrare, „
liquet nullas ab illo in hac theſi inſidias occultari. Verùm „
quidem eſt, eum hîc non exprimere vocem (omnibus) ſed „
hanc illi mentem tamẽ fuiſſe ex ipſis hujus tertiæ theſeos „
verbis liquet. & *pag.* 370. Cùm Arminius dicit omnibus „

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

" media ad fidem Neceſſaria Sufficienter adhiberi, nō vult
" omnia omnibus omni tempore adhiberi novit enim illa
" media non adminiſtrari omnibus pari menſurâ, ſed *qua-*
" *cumque* *m*[illegible]*en*[illegible]*ura adminiſtrentur* ſtatuit illa *ſuff*[illegible]*cienter* ad-
" miniſtrari, non quidem ad fidem proximè & immediatè
" ingenerandam, ſed ut homines paulatim iſtis medijs ad
" fidem adduci poſſint: quo fine media illa, quacumque
" menſurâ adminiſtrentur, dari ſentit. Novit enim alijs Eu-
" angelium prædicari, alijs non, alijs illud majore, alijs
" minore puritate prædicari: ſumma novit gratiam admini-
" ſtrari quam diverſiſſima menſura; illam non explicat &
" meritò, nam quis id faciat? Dicit tamen in hac diverſitate
" media ſufficienter adminiſtrari.

Si hæc vera ſunt, ſequ[illegible]*tur pejores gentes vixiſſe ante tempora Apoſtolorum, optimas autem ſive lumine naturæ optimè utentes re*[illegible]*ſervatas fuiſſe tempo*[illegible]*bus Apoſtolicis, ut quibus Tanta lux Euangelij tantorum Præconum operâ affulſerit, &c: Ineptiæ meræ.*

terdum

terdum pejoribus majora. 43 *Dari à Deo, non tantùm potentiam credendi, ſed ipſam fidem, & eſſe hanc gratiam peculiarem.* Sed ſingula capita Remonſtrantium examinemus, ſunt enim numero quinque. Primum eſt de Prædeſtinatione: alterum de morte Chriſti: tertium de Gratiæ neceſſitate, quod modò citavimus: quartum de modo quo Gratia operatur: quintum de Perſeveratione. In primo

ANNOTATIONES.

43 *Vox eſt Iacobi (inquit in eadem materiâ Doctor I. Hallus Britannus) ſed quid per* DARI *Remonſtrantes intelligant, patet ex Collat. Hagenſi pag. 275. ubi ſic ſcribunt:*

Etiamſi *credere* Dei donum appelletur, nihil hoc ad »
præſentem materiam facit, niſi probetur omne donum »
dari *per infuſionem & irreſiſtibiliter*, quod res ipſa docet »
eſſe abſurdũ, & cum experientiâ pugnat. Nam Præceptor »
dat Diſcipulo ſcientiam linguarum, Diſcipulus eam ac- »
cipit, verùm nõ irreſiſtibiliter: Dat aliquis eleemoſynam, »
quam tamen mendicus renuit accipere. »

DARI *ergò illis eſt* offerri, *ſuaderi, ſive* velle *dare quantum in ſe eſt*. Datum *dicunt, quod* ſit oblatũ, &c: *non* acceptum. *Sic pag. 266 dicunt Spiritum regenerationis offerri à Deo, velle ingredi & regenerare, plurimos autem illum nolle accipere eiq́; reſiſtere, atque ideò non regenerari: & pag. 268. Quid inquiunt, porrò fiat in ÿs, qui non reſiſtunt*, an ſcilicet, circa illos ope- »
ratio Dei talis ſit, ut aliqua potentia ipſis infundatur, aut »
intellectus illuminetur, aut voluntas reformetur, & ſic de »
cæteris, iſtud relinquimus in medio. (*hic relinquunt in me-* »
dio, quod alibi affirmant: paginâ enim 274. expreſsè dicunt

infuſionem potentiæ (*intellige: non in ipſa voluntate, id enim negant, ſed in mente & affectibus*) oportere fieri irreſiſtibiliter, ne proceſſus fiat in infinitum. *Rurſus, hîc relinquunt in medio, an* voluntas reformetur, *quod revera verbis ſequentibus negant*: (*ſic enim poſt modò allata ſequitur*) quicquid fiat, ſic pro certo fieri, ſtatuentes ut illi operationi homo poſſit reſiſtere, quemadmodum complures reſtiterunt, *ita ut non ſemper illam operationem ſequatur actus credendi. Ex quibus percipitur, hanc eſſe illorum ſententiam: voluntatem eſſe & manere ſemper liberam ad utrumque accipiendum ſcilicet, & aſſentiendum. i. credendum, vel reÿciendum, .i. non credendum. At quæ, obſecrò, illic eſt voluntatis* reformatio, *ubi illa cõtenditur* eſſe & manere ſemper in ſua quadam naturali & adnata libera poteſtate *ad credendum vel non credendum, perſeverandum vel non perſeverãdum, quemadmodum hanc Arminianam eſſe ſententiã vidimus notâ 38?*

Nec poſſum quin Lectorem denuò moneam, quomodò ex dictis poſſit colligi non tantùm quam vanum ſit illud de reſiſtibili *gratiâ effugium, ſed etiam quam ſint dubÿ, inſtabiles & diſcordes in ſententia* irreſiſtibilitatis? *Ad prius quod attinet, notum eſt ipſos Gratiam* irreſiſtibilem *paſſim vellicare, exagitare, oppugnare, deteſtari, non ſecus acſi vel vocis (ab ipſis licet in vulgus quaſi novis alis emiſſæ) eſſet fugienda contagio, & impietas eſſet dicere: hominem potenti ſive efficaci Dei operationi reſiſtere non poſſe, id eſt, eam impedire vel ſuperare. Interim ex dictis modò allatis conſtat, ipſos agnoſcere gratiam* irreſiſtibilem *in mente & affectibus. Ubi igitur negant* irreſiſtibilẽ? *ubi urgent* reſiſtibilẽ? *In volũtate, inquiũt. At inquã, percipitur ex ſententiæ ipſorũ declaratione, ipſos in volũtate* nullã *gratiã agnoſcere: ſi* nullã, *ergo nec* reſiſtibilẽ. *Nullam gratiã in*

voluntate

voluntate eos agnoſcere inde liquet quod contendant voluntatē neceſſariò eſſe & manere ſemper in ſua adnata libera poteſtate aſſentiēdi vel non aſſentiendi. Quod autē tale eſt et manet, ſemper neceſſariò nec eget gratia nec capax ejus eſt in ſeſe. Quid ergo! Vna & eadem illa gratia, quam menti fatentur conferri irreſiſtibiliter, reſpectu voluntati dicetur reſiſtibilis, eo quod voluntas ſuâ illâ, quam urgent naturali libertate eam à mente oblatam poteſt amplecti vel averſari. Id eſt: Gratia illa unica verè eſt irreſiſtibilis naturâ & conditione ſua, quia proprio ſubjecto confertur irreſiſtibiliter. Ex accidente autem præter proprium nomen (irreſiſtibilis) ſortitur etiam denominationem contrariam (reſiſtibilis) à voluntate, cujus tamen illa gratia non eſt propria & cui non confertur. Voluntas enim aſſentiens non facit hoc ex quadam ſibi collatâ gratiâ, ſed ex natura adnata, quam vocant. Inſtabunt ſe præter mentis illuminationem alium gratiæ actum, ſive aliam gratiam docere, quâ voluntati perſuadeatur aſſenſus! Non nego eos ita loqui, & quod plus eſt, narrat I. Arnoldi pag. 437. Arminium profiteri, potiſſimas partes eſſe gratiæ in perſuadenda voluntate: cùm tamen alteram illam priorem doceant eſſe irreſiſtibilem, hanc verò reſiſtibilem. Sed quæro, qualem hîc gratiæ operationem intelligāt? num talem, quæ priorem illam irreſiſtibilem excludat? ipſi docent contrarium: an reſiſtibilem tamen? Sic ajunt: ſed videamus. Primò docent Remonſtrantes gratiam irreſiſtibilem menti collatam valde efficacem eſſe in perſuadenda voluntate, Collat. Hagenſis pag. 260. Fatentur igitur gratiam illam irreſiſtibilem operari in perſuadenda voluntate. Sed accedit, inquient, Spiritus operatio intermedia, quæ voluntatem etiam invitet, alliciat, &c. Reſpondet Arminius (teſte I. Arnoldi pag. 437.) Spiritum ſuâ aſſiſtentia id dare operam, ut verbi ob-

lati

lati ſenſum *menti imprimat*, eodemque menti impreſſo ſenſu *cor afficiat &* aſſenſum porro voluntatis eliciat. *Docet igitur Arminius Spiritum S.* ſenſu verbi menti impreſſo *voluntatem allicere ad conſenſum. I. Arnoldi contra Tilenum pag 472.* Vide an non voluntas tum verè moveri à Spiritu dicatur, cùm à Deo bene agendi impedimenta per intellectus & affectuum ſanationem paulatim auferuntur, quibus ablatis, agere poſſit vel actionem ſuſpendere. *Illam autem ſenſus verbi impreſſionem, ſive mentis illuminationem Remonſtrantes agnoſcunt eſſe* irreſiſtibilem *gratiam. Eſt igitur & hîc irreſiſtibilis operatio, quâ Spiritus verſatur circa voluntatem. Regerent, diſtinguendum eſſe inter illuminationem mentis, eius applicationem ad voluntatem, & accedenter Spiritus S. ſuaſiones, illectiones, invitationes, quibus voluntatē ſtudet excitare, flectere & movere ad aſſenſum? Reſpondeo, poſitis hiſce ſuaſionibus, &c. nondum poni reſiſtibilitatem, ſive gratiæ operationem reſiſtibilem. Quî ſic? Loquantur Remonſtrantes pag. 230. Collat.* Agnoſcimus, inquiunt, irreſiſtibilem vim Spiritus S. in mente, quando Deus ſuam voluntatem nobis revelat, quandoquidē mens ſimplex ſcire ſive ſimplicem notitiam evitare non poteſt: & in corde, cùm corda noſtra pulſat: velimus enim, nolimus, non poſſumus non hoc ſentire. *Irreſiſtibilis igitur illis eſt iſta vis, cujus ſenſus evitari non poteſt.* Sed *quæro: num voluntas ſuaſiones Spiritus S. poteſt impedire, & ſenſum earum evitare? Non dicent, opinor, nec volent lædere ſuam illam* ἀναπολογίας *i.* inexcuſabilitatis *rationem. Licet voluntas ſuadenti Spiritui non aſſentiatur, ſuaſionem tamen evitare non poteſt: Irreſiſtibilem gratiam menti collatam, cui* Spiritus *S. ſuaſiones innituntur, negare, velit, nolit, nec poteſt, nec poterit unquam. Si igi-*

tur & hîc Spiritus S. ad eliciendum conſenſum progreditur operatione ſuâ circa voluntatem quouſque vult, nec debet progredi ulterius, aut vi porrò efficaci penetrare in ipſam voluntatem, ne ex ſententia Remonſtrantium naturam voluntatis deſtruat; patet utique ex ipſa Reſiſtibilitatis definitione poſitâ à Remonſtrantibus, hactenus operationem eſſe irreſiſtibilem. Et quando igitur apparebit illa, quam ut aras & focos tuentur, Reſiſtibilitas? *Eò jam oportet deveniant, ut illam quærant in* fine *operationum præcedentium, qui erit ſecundum ipſos, ut è* voluntate tandem eliciatur conſenſus, *ut inquit I. Arnoldi de ſententia Arminiana, &c. cumq; illum Spiritus impetrare et elicere non poteſt operationibus præcedaneis, jam erit* reſiſtibilitas, *quia homo libero arbitrio, ſive voluntatis libertate, cùm jã poſſet aſſentiri, non vult. Et quia irreſiſtibilis ulterior operatio adhiberi non debeat, ſic Spiritus ſuo propoſito & ſperato fine culpâ libertatis humanæ (quam tamen ſecundum ipſos vult manere ſalvam) excidit. Sic ſe rem ajunt habere. Si autem neque hic locum habeat* operatio reſiſtibilis, *ubi ad extremum eſt ventum intereat oportet, aut evaneſcat. Et quomodo, quæſo, propriam ſibi ſedem hic commodè vindicet* operatio reſiſtibilis, *cùm jam abſolverit Spiritus ſuas, quibus ſecundum Remonſtrantes uti voluit, operationes, nec ulteriorem operationem ad conſenſum efficiendum inſtituat, intentus verò finis exſpectetur ab hominis poteſtate & arbitrio? Operatus eſt Spiritus, quod ex ipſorum ſententia operari voluit, finẽ porrò ipſum potenter producere eum non volunt. Ergo nulla Spiritus S. operatio fuit reſiſtibilis. Nimirum hoc illud eſt, quod ex ipſorum ſententia ſequitur: Non fuit operatio Dei reſiſtibilis, ſed finis externus operationum Dei irreſiſtibilium, id eſt, aſſenſus erat dubius, anceps, & (liceat aliquid addere novitati) vel exiſti-*

bilis, vel non exiſtibilis. Quemadmodum cùm Orator vel Præceptor (ipſorum eſt ſimile) exſpectat ſuaſionum eventum, ſuo functus officio, ſi benè dixerit, & ſic finem internum ſit aſſecutus; externum, perſuaſionem ſcilicet, exſpectans ab auditore.

Huc pertinent verba illa I. Arnoldi contra Tilenum pag. 459. Dico itaque, cum gratia afficit cor hominis, certum eſt illud non poſſe non affici: ita enim menti & conſcientiæ hominum ſenſum imprimit, ut illum non poſſit non recipere, & imprimit quidem ea ſenſum, ut aſſenſum eliciat: ſed etiam dico fieri poſſe, ut is cui ſenſus impreſſus eſt, & in quo Spiritus operatur ad aſſenſum efficiendum, non tamen aſſentiatur: Quare rurſus non docemus, *quod* gratia efficit, non effici, ſed *ad* quod efficiendum gratia operatur, *hoc* non effici. Viſné explicari quomodò id fieri poſſit? Cauſam do jam ſæpe datam, quia gratia non operatur in homine ad eliciendum conſenſum, niſi manente ſalvâ libertate arbitrii. Ecce *fatetur* effici illud, quod gratiâ efficit; *& rurſus non effici id*, ad quod *efficiendum operatur: quod quid aliud eſt, quam operationem Spiritus eſſe* irreſiſtibilem, *finem verò, quem ab homine exſpectat, eſſe* non exiſtibilem? *Alias quomodo hæc duo conſiſtent?*

Efficitur *quod gratia efficit.*

Et: Non efficitur, *ad quod* efficiendum *gratia operatur. Idem igitur eſt acſi diceret: Efficit gratia quod vult, ſed illud* propter quod *hoc vult efficere (id eſt, finis externus) eſt dubium.*

Niſi fallor, in eas jam à ſuis authoribus redacta eſt anguſtias illa divinæ operationis reſiſtibilitas (*quæ utramque ſolet facere paginam) ut reſiſtere vix queat, & moribunda ex acie ſit ſeducenda, nec impoſterum educenda, niſi larvata & perſonata*

anguſtè

anguſto & alieno ſpatio ſe teneat concluſam. Tales ſunt novitatum præſtigiæ & labyrinthi. Monendus igitur eſt pius Lector, ne ſe ſinat decipi titulo gratiæ alicuius Reſiſtibilis, acſi Remonſtrantes talem voluntati conferri agnoſcerent: Videbit enim Lector his probè conſideratis, illos nullam gratiam voluntati collatam agnoſcere, ſed tantùm docere, ipſam illam irreſiſtibilem gratiam, quam menti fatentur collatam, ſuâ pulchritudine, & acceſſorijs ſuaſionibus excitare & invitare vicinam voluntatem, ut naturæ vires, quas antea propter mentis tenebras, ut loquuntur, exercere non poterat, nunc explicet & faciat officium: quod ſive voluntas faciat, ſive non faciat, maneat tamen, oportet, & nominetur gratia illa irreſiſtibilis, quia utique proprio ſubjecto confertur irreſiſtibiliter, & circa voluntatem operatur irreſiſtibiliter. Quorſum ergo tam obſtinata & hoſtilis gratiæ irreſiſtibilis negatio, cùm ipſi etiam doceant irreſiſtibilem? Quorſum ludere titulo gratiæ alicuius reſiſtibilis in voluntate, cùm ipſi nullam verè voluntati gratiam conferri inſinuent? Sit ergo ſcapha ſchapha, nec deludantur imperiti, nec obſcuretur ſtatus quæſtionis. Sive autem ipſis hoc integrum ſit fateri, ſive non ſit, Lector nihilominus veritatis ſtudioſus obſervabit, quod quotieſcumque tanta contentione declamitant pro gratia reſiſtibili contra irreſiſtibilem, toties ſibiipſis (utpote irreſiſtibilem agnoſcentibus in mente & circa voluntatem: reſiſtibilem autem, in voluntate nullam commonſtrantibus) non obſcurè contradicant. Vt Lectori rem nudè ponamus ob oculos contrahemus hæc in Syllogiſmos:

Concedunt Remonſtrantes operationem irreſiſtibilem reſpectu Mentis.

Negant eam reſpectu Voluntatis, & hîc urgent reſiſtibilē. Vt Lector expendat an hæc aſſertio cum ſententia ipſorum probè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

conveniat, ponamus hanc Remonſtrantium Theſin:

Operatio Spiritus S. reſpectu voluntatis, ſive circa voluntatem non eſt irreſiſtibilis, ſed reſiſtibilis.

Ad declarationem hujus Theſeos obiter moneo illam à Remonſtrantibus intelligi de interna Spiritus S. operatione, quâ, illuminatâ mente, operatur circa voluntatem ad eliciendum aſſenſum, & hominem convertendum.

Contra hanc Theſin ex ipſorum verbis ſic concludo:

I.

Illuminatio mentis eſt valdè efficax ad flectendam voluntatem, (*inquiunt Remonſtrantes* Collat. Hag. pag. 260.) ſenſus verbi per Spiritum menti impreſſus ad conſenſum voluntatem allicit (*docet Arminius teſte I. Arnoldi.* p. 437. *contra Tilenum:*)

At illuminatio mentis & ſenſus verbi impreſſio eſt operatio irreſiſtibilis, *ex confeſſione Remonſtrantium.* pag. Coll. Hag. 230. &c.

Ergo quædam gratia irreſiſtibilis operatur circa voluntatem; ex ipſa Remonſtrantium confeſſione.

II.

Cujus operationis ſenſus nequit evitari, illa operatio eſt irreſiſtibilis, *fatentibus Remonſtrantibus.* pag. Coll. Hag. 230. *ubi dicunt operationem Spiritus in mente et corde propterea eſſe & dici irreſiſtibilem, quod homo nec ſimplex ſcire, revelante Deo, poſſit evitare, nec pulſum cordis, velit, nolit, non ſentire:*

At

At ſenſus ſuaſionum Spiritus S. quibus voluntatem, adhibito mentis illuminatæ beneficio, allicit, invitat, excitat, &c: nequit evitari: *non enim poteſt homo non ſentire illuminatæ mentis & ſuaſionum eam comitantium pulſum & illectamenta: quantumvis ea averſetur & repudiet:*

Ergo operatio ſuaſionum, quibus *voluntas* allicitur, eſt irreſiſtibilis, & conſequenter operatio *aliqua* circa voluntaté (*ex ipsâ Remonſtrantium definitione*) eſt irreſiſtibilis.

III.

Qui omnes ſuas operationes, quas in dignis, quos vocant, auditoribus vult & debet operari circa voluntatem ad eliciendum conſenſum, ſine impedimento operatur & abſolvit, is circa voluntatem operatur irreſiſtibiliter: (*inconſequẽtia nec ratione nec exemplo poterit demõſtrari*)

At Spiritus S. omnes illas operationes, quas ex Remonſtrantium hypotheſi in dignis auditoribus vult & debet operarì circa voluntatem ad obtinẽdum aſſenſum, operatur & abſolvit abſque impedimento, & quouſq; vult progreditur operando ante aſſenſum.

Ergò Spiritus S. in talibus auditoribus circa voluntatem operatur irreſiſtibiliter.

IV.

Qui finem, (i. voluntatis aſſenſum) cujus gratia operatur, non ſtatuit ipſe potenter efficere ſive producere in ipſa voluntate, ſed eum abſolutis ſuis præcedaneis operationibus exſpectat ab ipsâ hominis volũtate & arbitrio, ut qui jam poſſit, ſi velit, aſſentiri, ejus operationes circa voluntatem non commodè dicuntur reſiſtibiles, etiamſi illas non ſequatur aſſenſus ab homine: *operatus enim eſt quod voluit, finem verò præſtare, ex hypotheſi Re-*

monſtrantium, non voluit, ſed is porrò relinquitur in hominis libertate. Qui verò in operatione ſua non impeditur, ei non reſiſtitur, & è contra, qui ab adverſario impeditur, ei reſiſtitur; ille enim vocis reſiſtendi hîc eſt uſus:

At Spiritus S. ſecundum Remonſtrantes, non ſtatuit finē, id eſt, voluntatis aſſenſum potenter operari in ipsâ voluntate, ſed illum poſt ſuas operationes exſpectare ab hominis arbitrio.

Ergo Spiritus S. operationes circa voluntatem ad conſenſum eliciendum non benè dicuntur reſiſtibiles, etiamſi non ſequatur hominis aſſenſus.

Si regerant ſe docere, quod Spiritus S. etiam ipſum aſſenſum operetur: *Reſp. verum eſſe illos ſic loqui, ſed additâ limitatione, quæ ipſam illam phraſin evertit: hac ſcilicet*: ſalvâ voluntatis libertate : *quare ſic concludo:*

V.

Qui conſenſum voluntatis non vult operari ſimpliciter, ſed ſalva voluntatis libertate ad aſſentiendum vel non aſſentiendum, (ita ut homo aſſentiens reſpectu præteriti, præſentis & futuri, potuerit, poſſet & poterit non aſſentiri) ejus operatio non rectè dicitur reſiſtibilis, ſi homo iſta libertate utatur ſive aſſentiendo, ſive non aſſentiendo. *Ratio conſequentiæ eſt evidens; quia implicaret contradictionem. Velle ita operari, ut res aliqua maneat ſalva, & illa manente ſalvâ operationē nominare reſiſtibilem; acſi libertatem illam non voluiſſet ſalvam.*

At Deus ſecundum Remonſtrantes & verba I. Arnoldi (*in Collat. Hag.* p.250. & *contra Tilenum* pag. 134. 337.) iſta ratione conſenſum vult operari.

Ergo Dei operatio, quâ Remonſtrantes eum dicunt operari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

rari conſenſum voluntatis,non benè dicitur reſiſtibilis.

Lector judicet de phraſi,an rectè dicant,Deum operari conſenſum voluntatis,qui ſecundum ipſos illaſam velit diſſentiendi libertatem.Satis indicat ſe per operari conſenſum, *intelligere* ſuadere & petere conſenſum. *Si operetur Deus conſenſum, jam læderet alteram partem juriſdictionis, & dominij Dominæ iſtius* voluntatis, *libertatem ſcilicet diſſentiendi,quam tamen ſecundum ipſos etiam vellet ſalvam.*

VI.

Qui contendunt voluntatem , quæcumque hîc operatio à Deo circa eā inſtituatur,Semper eſſe & manere neceſſario in ſuâ liberâ poteſtate ad aſſentiendum,vel nō aſſentiendum, ij nullam propriè agnoſcunt ipſi voluntati collatam gratiam (quod enim ſemper eſt & manet in eodē ſtatu neceſſariò,nec capax eſt gratiæ,nec eget eâ: gratia autē mutat in melius,et ſic mutatum auget roborat, cuſtodit,&c:) & conſequenter nec reſiſtibilē.

At Remonſtrantes id docent cum Arminio *Collat. Hag.* 250. I.Arnoldi p.337.

Ergo nullam gratiam voluntati verè & propriè collatam agnoſcunt; & per conſequens nec reſiſtibilem.

Si inſtant, ipſum actum ſive aſſenſum effici à gratia, & ſic non aſſentientem mutari in aſſentientem: Reſp. Aſſenſum operari,ipſis eſt aſſenſum elicere è libera voluntatis poteſtate. *Ergo voluntas monita & rogata ſe ipſam ſuâ liberâ poteſtate mutat,ut antè viſum.*

Sed *pergunt:Collat.Hag. p.283.*) mendicus, qui eleemoſynam liberè accepit, non minorem debet gratiam,quam ſi aut manui inſerta, aut veſtibus eſſet aſſuta: Diſcipulus præceptori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

præceptori non minorem tenetur referre gratiam de profectu, licet requiratur ejus diligentia, quam ſi infundibulo per vim eſſet infuſus.

Reſp. Hæc ſimilia ſapiunt Pelagianiſmum, & inducunt veram partitionem inter Deum & nos, ut qui nos ipſos (contra dictum Apoſtoli 1. Cor. 4. verſ. 7.) noſtrâ alacritate & diligentia ab aliis diſcernamus, & conſequenter habeamus quod glorie-mur cum mendico & diſcipulo de arrepta alacriter doni occaſione & præſtita diligentia. Sed quid ſi hanc gloriationem admittant? Ita fert ipſorum ſententia; ſed aiunt hoc eſſe gloriari in Domino, quia non niſi offerente, & conſenſum eliciente Domino crediderint. Sed

Qui gloriatur in ſeipſo, non gloriatur in Domino,
Fidelis (ſecundum illos) gloriatur in ſeipſo,
Non igitur in Domino.

Minor probatur:

Qui ſeipſum diſcernit, gloriatur in ſe ipſo.
At fidelis (ſecundum illos) ſeipſum diſcernit:
Ergo gloriatur in ſeipſo.

Minor probatur ex illorum hypotheſi.

Aut Deus Chriſtum offerendo, & acceptionem ſuadendo, alliciendo, &c. diſcernit homines ab hominibus; Aut homo accipiens ſeipſum illâ acceptione ab aliis diſcernit:

At non Deus hominem diſcernit offerendo, & conſenſum ſuadendo, &c. nam hoc, ſecundum illos, eſt, *commune* omnibus lumen naturæ rectè uſurpantibus, & attentis Euangelii auditoribus: quod autem eſt *commune*, non diſcernit:

Ergo homo ſeipſum ab aliis diſcernit accipiendo,

Et

Et per conſequens habet quod glorietur in ſe, non in Domino: contra Apoſtolum.

2. non quadrant ad quæſtionem: non enim hîc agitur de gratia oblationis doni, ſed de gratia receptionis, id eſt, aſſenſus & fidei. & Apoſtolus dicens quid habes quod non acceperis? *de donis loquitur collatis, non oblatis. Nec tenetur tantùm homo gratias agere Deo cum mendico & diſcipulo pro beneficio doni oblati, ſed etiam pro receptione, imò pro oculis, manu & animo, quibus donum videat, accipiat, probet. Naturâ enim ſuâ ante regenerationem donum odit, averſatur, habetque pro nugis & ſtultitiâ, nec poteſt aut vult capere 1. Cor. 2. Rom. 8. Caro eſt, &c. 3. Evertunt ipſam illorum, de qua quæſtio eſt, aſſertionem, quâ dicunt, dicis cauſa,* Deum operari aſſenſum: *quemadmodum enim acceptio eleemoſynæ eſt à mendico, & dextera acceptio inſtitutionis eſt à diſcipulo ejuſque diligentia, ſic erit aſſenſus ab homine, non à Deo. Et hoc eſt, quod dicebamus eos docere, quodque iſtâ phraſi* (Deum operari aſſenſum) *ſtudebant tegere & declinare: ſenſus enim eſt:* occaſionaliter *vel* objectivè. *4. Non obſcurè contradicunt ipſorum confeſſioni de* infuſione *luminis notitiæ in* mente, *in qua gratiam & vim agnoſcebant* irreſiſtibilem, *utrumque autem ſimile gratiam irreſiſtibilem ridet & explodit. Solent illi in prima acie (ut Collat. Hag. pag. 191.) opponere locum, Act. 7, verſ. 51. ubi ſanctus Stephanus inquit:* Duri cervice & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto obnitimini (*ſive repugnatis, ſive reſiſtitis:* ἀντιπίπτετε. *id eſt, è regione ſive ex adverſo more hoſtili irruitis, inquit Piſcator*) ſicut Patres veſtri ita & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri? trucidârunt, inquam eos, &c. *Ecce, inquiunt, hîc aperto Scripturæ textu doctrina* Reſiſtibi-

litatis *confirmatur. Huic argumento plurimum tribuunt roboris, tantumq́ in eo videntur collocare præſidium, ut ſi eo deÿciantur, cauſa reſiſtibilitatis in nō leve videatur adducta diſcrimen: quandoquidem textum præter hunc nullum adſerunt, in quo fiat mentio* reſiſtentiæ, *quæ fiat* Spiritui ſancto. *Ego verò ſperarem eos, ſi rem penitius introſpexerint, & argumētum hoc cum ſententia reſiſtibilitati contulerint, facilè deprehenſuros, medium hunc terminum nullâ ſui parte præſentem quæſtionem ſive theſin attingere, ad quam confirmandam ſi hunc locum velint adhibere, oportet* primùm *probent Stephanum hîc loqui de* dignis & idoneis Euangelii auditoribus, *ut in quibus ſolis ipſi aſſerunt Spiritum ſufficiente gratia operari ad convertendum, & conſenſum voluntatis eliciendum, ſicuti ſuprà viſum eſt ex l. Arnoldi pag. 436. 437. & hoc eſt quod Remonſtrantes paſſim dicunt, Spiritum S.* paratum *eſſe ad operandū,* velle *ingredi, &c. ſi ſcilicet, auditores inveniat dignos, & ad vitam æternam ordinatos, id eſt,* diſpoſitos, *ut loquitur. Hos verò Stephani auditores non dicent, opinor, fuiſſe dignos: ſi enim hi fuerint digni & idonei auditores, qui & quales, quæſo, poſſent dici indigni? nam ut auribus incircumciſi ne audire quidem doctrinam Euangelij ſuſtinuerunt, ut verè loquitur D. Beza, ſed hoſtili more aures obſtruxerunt, & frendentes cordibus & ſtridentes dentibus irruerunt in docentem.* Sic igitur concludo:

Nulli indigni auditores, ex ſententia Remonſtrātium, participes ſunt internę iſtius operationis Spiritus S. quâ operatur ad voluntatem flectendam, quamq́ue illi dicunt eſſe reſiſtibilem:

Hi auditores Stephani fuerunt auditores Euangelii indigni:

Ergo ejus operationis non fuere participes: & per cōſequens

ſequens hic locus non quadrat ad propoſitam Theſin.

Secundò, *probent oportet hos auditores fuiſſe illuminatos in mente, ſive ſenſum Evangelij mentibus ipſorum fuiſſe impreſſum; docent enim Spiritum hoc uti proceſſu in actibus gratiæ ſufficientis, ut ſenſum verbi primò menti imprimat, eoq; ſenſu impreſſo cor afficiat, & ſic porrò aſſenſum eliciat è voluntate, ut ſuprà ex Collat. Hag. & I. Arnoldi eſt demonſtratum. Debet igitur conſtare de* mentis *illuminatione, ſi hic locus futurus eſt idoneus ad probandam gratiam operantem circa* voluntatem. *Hos verò auditores fuiſſe luce notitiæ Chriſti & ſalutaris gratiæ illuminatos in mente, quomodò probabunt, cùm indigni fuerint auditores, & ne audire quidem ſuſtinuerint? aderat Apoſtolus Paulus cuſtodiens veſtes eorum, qui Stephanum lapidibus obruebant, num ille iſto tempore fuit illuminatus? ſi non Paulus, quid cæteri? vide Act. 22, 19, 20, &c.* Sic igitur porrò *concludo:*

In nullis non illuminatis operatur Spiritus circa voluntatē ad eliciendū conſenſum gratiâ illa reſiſtibili:

Auditores iſti Stephani fuere non illuminati:

Ergo in iis Spiritus S. non eſt operatus circa voluntatem gratiâ illa Remonſtrantium reſiſtibili. Et per conſequens etiam hac de cauſa locus non probat theſin propoſitam.

Tertiò, *probent, oportet, hic loqui Stephanum de Spiritus operatione in* auditoribus *ad ipſos convertendos. Eſt & alia operatio Spiritus S. in* doctoribus, *qui Spiritui S. non reſiſtunt, ſed ab eo acti verbum aut proloqui volunt, aut proloquuntur ſive annunciant.*

Hanc negare non poſſunt Remonſtrantes: de utra autem hîc ſit ſermo, quæritur. Niſi probent Remonſtrantes agi de operatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ne in auditoribus, fruſtra hunc locum vocant in ſubſidium. Probare non poterunt propter dicta obſtacula indignitatis. E contrariò agi hîc de illa, non tam reſiſtentia, quàm hoſtili impetu & perſecutione ſervorum Dei, qui acti à Spiritu verbum annunciarunt, vel annunciare parati fuerant, percipi poteſt ex verbis continenter annexis & hiſtoriâ; ſequitur enim: Quem prophetarum non ſunt perſecuti, *&c. & paulò poſt: Quum autem eſſet plenus* Spiritu Sancto *intẽtus in cœlum oculis, &c. deinde teſtatur hiſtoria verſ. 57.* Exclamantes autem illi (*auditores*) voce magnâ compreſſerunt aures ſuas, & irruerũt concorditer in eum. *Vbi hic apparet Spiritus S. operatio præterquam in Stephano, qui eo dicitur fuiſſe plenus, & eo locutus liberiùs, quo auditores videbat hoſtiliores? Vbi hic apparet operatio, & velut effigies non Spiritus S. ſed revera maligni iſtius, Diaboli inquam, præterquam in iſtis auditoribus? Sic igitur tertiò concludo:*

Vbi auditores Euangelii narrantur indigni, & revera acti à Spiritu maligno, Doctor autem dicitur plenus Spiritu Sancto; ibi ſi Spiritui ſancto iſti auditores referuntur repugnaſſe, non intelligitur operatio interna & gratioſa Spiritus S. circa voluntatem iſtorum auditorum ad ipſos regenerandum & cõvertendum; ſed actio potius ſervi Dei, qui repletus Spiritu S. liberè veritatem perlocutus eſt, & Diabolicam rabiem hoſtibus exploravit.

At hoc loco talis narratur Doctor, tales narrantur auditores.

Ergo non debet intelligi mentio Spiritus S. de gratioſa circa voluntates auditorum talium operatione, ſed de Servo illo Dei, per cujus os Spiritus S. loquebatur.

Ex dictis puto Lectori conſtare, quod vel ex ipſa doctrina Arminiana ſequatur, palmare hoc Remonſtrantium argumentum nihil habere roboris, ad confirmandam Gratiæ iſtius, de qua controvertitur, reſiſtibilitatem.

Nunc obiter videamus ipſorum conſenſum & conſtantiam in ſententia de gratia irreſiſtibili.

Remonſtrantes *in Collat. Hag.*

Agnoſcimus vim Spiritus S. *irreſiſtibilem* in mente & corde. pag. 230.

Oportet ut operatio potentię fiat *irreſiſtibiliter*, ne proceſſus abeat in infinitum. pag. 274.

Anima Lydię dicitur nova propter *infuſum* novum lumen ſcientiæ. p. 244.

Remonſtrantes *Collat. Hag. p. 268.*

An fiat *infuſio potentiæ, illuminatio mentis*, reformatio volũtatis?&c. hoc relinquimus in medio: QVICQVID fiat, ſic fieri ſtatuentes, ut illi *operationi poſſit reſiſti*. Quibus verbis non tãtùm vim *irreſiſtibilẽ* & *infuſionem potentiæ* vidẽtur negare, ſed etiam ipſam *mentis illuminationem* in dubiũ vocare.

Arminius *citante I. Arnoldi cõtra Tilenũ. p. 436.*

Sufficientiam gratiæ eſſe aſcribendã *aſſiſtentiæ* Spiritus Sancti non *infuſæ* alicui gratię, habituali: acſi infũdatur gratia, quæ aptos illos reddat ad fidem Euangelio pręſtandã. *Idem pag. ſeq.*

Cùm aliqui dicãt gratiam *ſufficientem* eſſe habitualem, quæ uno momento *infundatur*, ille (Arminius) cõtra vult, quicquid de *ſufficientia* dicitur, *aſſiſtentiæ* Spiritus aſcribi. *Item pag. 434. citat I. Arnoldi hæc verba Arminij*: Veritatẽ Spiritus ſancti *ſuaſione mentibus* ipſorum *perſuaſam*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ex malitia abnegant: unde patet Arminium nec infuſionē, nec vim irreſiſtibilem in mente cum Remonſtrantibus agnoſcere, fatente ipſo I. Arnoldi, qui *luminis infuſionem* à Tileno, Arminio tributam ab Arminio docet negari, & ejus loco poni *aſſiſtentiam*, adde etiam *ſuaſionem*.

Adde quod pag. 84. Appendicis Coll. Hag. Remonſtrantes dicunt Scripturam nuſquam dicere, quod intellectus ſit inimicitia adverſus Deum: neque poſſe hoc verum eſſe, eo quod intellectus à Deo ſit creatus: nihil autē à Deo creatum eſſe tale. Si quis contrarium velit probare (*ut faciunt fratres orthodoxi*) ex loco Rom. 8. ubi ſenſus & prudentia carnis expreſsè nominatur inimicitia adverſus Deum, eſſe notorium iſtius textus abuſum, eo quod per φρόνημα σαρκὸς non intellectus ſed affectus & libidines carnales intelligantur. *Verùm non quæritur de eo quod creatum eſt à Deo, ſed de attracta & inducta per lapſum pravitate, impotentia ſcilicet ad ſpiritualia capienda, & perverſa adverſus ea hoſtilitate: utramque intellectui accidiſſe docet Apoſtolus 1. Cor. 2. ubi dicitur hominem ψυχικὸν non tantum non poſſe capere ſpiritualia, ſed etiam habere pro ſtultitia: quod ſpiritualia indicat eſſe ſtultitiā, annon eſt inimicū adverſus Deū? & quomodo intellectus excludatur ubi de φρονεῖν et φρόνημα agitur? Et quid hoc*

eſt

eſt dicere: quod creatum eſt à Deo non poteſt eſſe inimicitia adverſus Deum! idem eſt acſi dicerent: et quod à Deo creatum eſt, illud non poſſe accidere, ut fiat inimicitia Dei. Quatenus aliquid creatum eſt à Deo, eatenus non eſt malum, ſed quatenus ſua culpa malitiam attraxit; cujus accidentis reſpectu rectè nunc pravum, perverſum, inimicum dicitur. Si verò intellectus non eſt factus Deo inimicus, eſtne amicus! eſtne medius? Præterea ubi jam, quæſo locum habebit irreſiſtibilis operatio in mente quam agnoſcunt! Quis non jure ſuſpicetur illos per operationem irreſiſtibilem in mente tantum agnoſcere gratiam objectivam ſive oblationem Euangelij, cujus ſenſum evitare nequit homo, quia non poteſt non ſimpliciter ſcire quod Euangelium ſibi ſit oblatum, &c: Sed quæ illi omnia per extraordinariam & ordinariam immediatam & mediatam mentis illuminationem & operationem in mēte ac corde irreſiſtibilem, per ſimplicis ſcire, & ſenſus in corde inevitabilitatem, ſufficientiam, aſſiſtentiam & auxilium gratiæ intelligāt, de eo non eſt hoc tempore magnoperè laborandum, neque enim beabit nos profundior iſtorum notitia. Si è re Eccleſiæ erit plenius iſta ſcire, faciet Deus ut ſciamus ſuo tempore, & ut illi abſque involucris mentem aperiant. Faxit modò Dominus, ut nemo his novitatum procellis abreptus, & in præcipitium actus eò tandem deveniat inſaniæ, ut palam & rotundè affirmet hominem Euangelij præconium & poſt rectum, quem vocant, luminis naturæ uſum audientem poſſe naturæ viribus intelligere, apprehendere, credere, nullumque eſſe gratiæ auxilium præter verbū fferēs, naturam (titulo gratiæ palliatam) intelligentem, apprehendentem, ſequentem, Spiritum deinde juvantem, ſi opus eſt. Sed jam tædet harum tricarum, quarum hæ novitate ſunt feraciſſimæ. Quapropter illas authoribus relinquentes (ſaniorem ipſis mentem precati à Domino)

Domino) teneamus ſententiam orthodoxam, & credamus Scripturæ teſtanti, quod homo non tantum mente, ſed etiam voluntate adeò per peccatum ſit depravatus, ut bonum ſalutare nec capere poßit nec velle, niſi Deus non tantum mentem fugatis tenebris & ſublatâ fractâq; ejus perverſitate illuminet & rectificet, ſed etiam voluntatem plus ſatis vivam & valentem ad malum, mortuã verò ad bonum cœleſte, imò rebellem & adverſam gratia efficaci & potente immutet, rebellionem in eâ frangat, mortuam vivificet, noviſque & ſanctis viribus inſtruat, ut poßit & velit homo Deo vocanti parere, credere, & reipſa pareat, credat, & Servatori ſuo ſerviat in ſanctitate & juſtitiâ, &c: Nec dubitemus quin Deus finem ſuum, cujus gratia operatur, ſit aſſecuturus, illoque excidere non poßit, niſi in dubium velimus vocare ejus omniſcientiam & omnipotentiam. Effecit hactenus, efficit quotidie, & porrò ad finem mũdi effecturus eſt ſuâ verè irreſiſtibili ſive inſuperabili & invictâ divinâ potentiâ, ut fuerint, ſint & futuri ſint, qui è morte peccati ſuſcitati, & ab attracta per peccatum neceſſaria rebellione & reſiſtentia (victrice gratia) liberati, converſi, ſalutari fide donati, regeniti, ſanctificati, obſignati Domino & Redẽtori ſuo cum voluptate ſerviant in Spiritu & veritate, ſubſiſtatq; Eccleſia adverſus inferorum omnes portas.

Hæc in gratiam Lectoris adjecimus, ne ubi legit in Scripto D. Grotij, Remonſtantes affirmare quod Fides detur à Deo, aut ſimile quid, orthodoxiam ſtatim ſibi ſpondeat, nec ſententia ipſorum revera huc redeat, ut donum ipſum, quod fide apprehenditur, ſit à Deo, fides verò pendeat à libero hominis arbitrio. Quod vel ex eo percipitur, quod eandem Dei operationem, qualiſcumque illa ſit, in quibuſdam doceant ſequi actum credendi, in quibuſdam non ſequi, unde neceſſariò ſequitur, Deum ſic operari

rari & donare, quod operatur & donat, ut fides pendeat ab hominis libero arbitrio, & præcedens aliqua gratia, & operatio ſit à Deo, fides verò ab homine. Et ſic ipſa ſalus hominis à putri filo voluntatis humanæ (quæ ipſa vanitate eſt vanior) ſuſpenditur. Actum ſanè eſſet de nobis omnibus, ſi non aliam Deus ſua dona dandi, & nos ſervandi rationem iniret, quam ut fructus & eventus operationum gratiæ à nobis dependeat. Nec tam incerto eventu ac fine cœleſte tabernaculum condidit ille, qui dicet: Poſſidete regnum, quod vobis paratum eſt ab initio mundi: *& qui Spiritu ſuo futuræ hæreditatis arrhabone nobis hæc & ſimilia ſuggerit:* Scimus *nos poſt diſſolutum terreſtris domus tabernaculum ædificium habituros ex Deo. Matth. 25. 2. Cor. 5.*

Sicuti autem ſuprà quædam non ſine tædio monui de tricis & involucris ſententiæ Arminianæ, ita hîc cum voluptate adſcribam, quæ pathetice & graviter de hac re diſſerit Ioſephus Hallus Britannus Theologiæ Doctor, qui illuſtriſſ. memoriæ Henrico Principi Regis Magnæ Britanniæ filio fuit à ſacris, in ſuæ polemices parte priore nuper editâ. pag. 77. & ſeqq. ubi inter alia, quæ ut Pelagiana ab Auguſtino toties ſint damnata, refert illud: Hominem ſpiritus inſpirationem poſſe abjicere vel recipere, *quod etiam Tridentinos ait tradidiſſe Seſſ. 6. c. 5. & Can. 4. item,* converſionem facere efficacem, *quod Tappero ex Bellarmini citatione attribuit, continenter in hæc verba prorumpens:*

Quid eſt hoc aliud, inquit, quam ſuffurari Deo, quo „
naturam hanc morticinam ſuperbè decoremus? Modeſtè „
Tiberius è multis, quæ reſtituiſſet perfeciſſetq; ædificiis, „
nullum ſibi vendicavit, ſed nomina illorum indidit, à qui- „
bus ædificari cœpta. At iſti ſibi arrogant ædes, quibus „

“ ne tegulam quidem unam impoſuerint. Abſit hoc à no-
“ bis turpe ſacrilegium, cùm vendicet id ſibi Deus, verè ſan-
“ ctèq; zelotypus, operari in nobis & velle & facere. Ipſum
“ *velle* credere (ut rectè Auguſtinus) ecce non excitat, ſed
“ ἐνεργεῖ. Operatur ergò & quod primum eſt, *velle*, &, quod
“ ultimum eſt, ἐνεργεῖν, perficere. *Et poſt pauca: Creanda* ergò
“ in nobis influxu Spiritus vita nova, quæ *non* erat; non
“ *excitanda*, quæ *inerat*: juxta Pſaltis illud: *Crea in me cor*
“ *mundum*: non *excita*. Sed neque huic adhuc locus: De-
“ ſtruendum cor prius, indendum aliud. *Auferam cor la-*
“ *pideum, dabo carneum*, inquit Ezechielis ore Deus. At for-
“ ſan, ais tu, diſpoſitis à ſe prius paratiſque? Imò verò non
“ parũ reluctãtibus: φρόνημα σαρκὸς ἔχθρα. i. ſenſus carnis *inimi-*
“ *citia*. Rõ. 8. At ſunt inimicitiæ quædam inteſtinæ, quæ ſe
“ nunquam exerant? Ecce vim publicam, οὐχ ὑποτάσσεται. i.
“ non ſubjicitur. At parebit fortaſſis aliquando! Nec illud:
“ οὐδὲ δύναται. i. ne poteſt quidem. ECCE REBELLEM DEO
“ VSQVE conditionem! Quæ hîc ad bonum propenſio eſt?
“ Quæ exequendi poteſtas? Sacrificet ſibimet (quod Seia-
“ nus olim ſolitus eſt) ſi volunt Pontificii. Ruat profectò
“ cælum: nos iſta nobis arrogare, quæ Deo ſoli ſacra qua-
“ dam ἀκοινωνησίᾳ (. i. incõmunicabilitate) competere depre-
“ henduntur, nec audemus, nec poſſumus. Tutum quidem
“ eſt Pontificiis ad nos, ubi lubet, accedere; nobis ad illos
“ deſcendere abſque horrendo animarum præcipitio non
“ licet. Teſtetur Caſſander, teſtetur ipſo teſte, Bonaven-
“ tura. Hoc, inquit, piarum mentium eſt, ut nil ſibi tribu-
“ ant, ſed totum gratię Dei: unde quantumcumque aliquis
“ det gratiæ Dei, à pietate non recedet, etiamſi multa tri-
“ buenda gratiæ Dei, aliquid ſubtrahitur, & naturæ tri-

buitur

buitur quod gratiæ eſt, ibi poteſt periculum inter- „
venire: Hæc ille. Nos autem totum gratiæ tribui- „
mus, Pontificij aliquid naturæ, & quod illi Naturæ, nos „
Deo adſcribimus. Quod ergo piarum mentium eſt, id „
nos facimus, dicimuſque: illi quod à pietate recedit, & „
cum animarum periculo (vel Bonaventurâ teſte) conjun- „
ctum eſt. *Hactenus Doctor Hallus.* „

Loco coronidis ad has ambiguitatum D. Grotij, vel potius Remonſtrantium decipulas, & lenocinia reſpondeat D. Melanthon.

Si condentur (*inquit in Epiſtola ad Granvellanum*) articuli flexiloqui, qui non funditùs tollant controverſias, ſed tantùm involvant, hi multò majores diſſipationes efficient, quia utraque pars detorquebit eos ad confirmandas res ſuas, & alij aliter interpretabuntur. *Denique puerile eſt, & indignum ſapientibus viris in Eccleſia ſic ludere ambiguitatibus: Et paulò poſt*: Non amo ſimulationes, occultationes, diſſimulationes, quibus ſæpe vidi magis implicari negotia quàm extricari.

capite docent, Deum ab æterno decreviſſe credentes ſalvos facere. Hoc idem tu, Sibrande, totidem verbis adfirmas, & rationem addis certiſſimam: *ut enim in tempore agit Deus, ita ab æterno conſtituit agere: ſed in tempore adultos* (de his ſolis agitur) *juſtificat per fidem, vel quod idem eſt, ſalvos facit credentes, Ergo ab æterno conſtituit Deus credentes per fidem juſtificare, vel, quod ferè idem eſt, conſtituit credentes ſalvos facere.* Hactenus ergo convenit inter vos. At illi non ſatis, inquies, dicunt. Minus ergo dicere *44* quando hæreſis eſſe cæpit, in iſto præſertim tam difficili negotio?

ANNOTATIONES.

44 *Planè incogitanter hoc quæris: An neſcis* Samoſatenum *et Arrium damnatos eſſe hæreſeos, eo quod* minus *dicerent de Chriſto? Annon Pelagius damnatus eſt, quod* minus *diceret de gratia? Adferebas ſupra verba Cœleſtini*: nihil penitus *operi et dignationi Dei eſſe ſubtrahendum. Fatemur tamen non eandem in omnibus eſſe rationem, non idem omnium pondus.* Sed *num* minus *dicere, Groti, tibi idem eſt*, *quod* totum *non tantũ negare, ſed & acerrimâ cõtradictione perſequi, et plauſtris blaſphemarum conſequentiarum obruere? Sed utique Remonſtrantes non tantùm* minus *dicere, quam poſtulat veritas, ſed et ſententiam orthodoxam impugnare, et tanquam blaſphemam palam traducere, publicus ille Iuventutis Doctor P. Bertius in præfat. Apaſtaſias, dicit ſe ſuo more et palam profiteri ſibi propoſitum eſſe ſententiam noſtrarum Eccleſiarum non tantùm* oppugnare, *ſed etiam* evertere, *ut quæ divino verbo adverſetur, et ſollicitudinem omnem curamque ſalutis mortalibus* eripiat.

Ne vos

Ne vos quidem totam ſententiam veſtram promitis, apud populum 45 præſertim. Auguſtini cautio eſt de eodem argumento agentis: *Quamvis ergo hæc vera ſint, non tamen 46 iſto modo dicenda ſunt 47 audientibus.* Et alibi. *Nempe,* inquit, *hoc veriſſimum eſt: ita ſanè, ſed improbiſſimum, importuniſſimum, incongruentiſſimum: non falſum eloquio, ſed non ſalubriter valetudini humanæ infirmitatis appoſitum.* At

ANNOTATIONES.

45 *Vis dicere, in ſcriptis non promi totam, plus tamen in ijs promi quàm apud populum in concionibus. Sed falleris in utroque. In ſcriptis tota promitur, & in concionibus ſi poſtulat Dei gloria & ædificatio Eccleſiæ; quod autem non ſemper nec ubique id fiat, non debet tibi mirum videri, cùm diſtinguendum ſit inter eos, qui lacte ſunt nutriẽdi, & eos, qui ſolido egent cibo, eumq; poſſunt digerere. Sed quid hoc ad Remonſtrantes? Num dicere vis eos non totam promere ſententiam, præſertim apud populũ? Sed promere apud capaces & perfectos, ſicuti docet Omphalius in literis edoctus à ſuo præceptore & conſiliario? Quatenus hæc ad Novatores quoſdam in Hollandia pertineant, quotidianâ orthodoxis compertum eſt experientiâ, & ſuo tempore ulteriùs revelabit Dominus.*

46. 47 *Quo modo? quibus audientibus? Scripſit hæc Auguſtinus latinè, ab omnibus latinè callẽtibus poſſunt legi. Intelligit fortè infirmiores. Si librum & caput adnotaſſes, antecedentia & conſequentia potuiſſent conſiderari in hoc & ſequenti dicto. Quid, quo modo, quibus dici debeat, docet* Spiritus *Sanctus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

illud dicitis 48 ferri non poteſt, quod electionem ſingularium perſonarum ad præſcientiam referunt fidei. Non

ANNOTATIONES.

48 *Fertur aliquid variè: In Eccleſia, vel extra eam: In Eccleſia unius Confeſſionis, vel duplicis, vel diverſæ: In ejuſdẽ Confeſſionis Eccleſia vel imperfectiore ſive adoleſcente, ac adultâ quaſi et perfectiore: In Eccleſia ſunt oves et diſcipuli, ſunt etiam Paſtores et Doctores: Sunt item infirmi, ſunt et perverſi: Sunt modeſtè diſſentientes, ſunt et publicè contradicentes, veritatem impugnantes, ſeducentes, blaſphemantes: Sunt qui in alijs omnibus orthodoxiam teſtantur, et hæreſes damnant, ſunt etiam qui tergiverſantur, et fidem ſibi in majoribus derogant. Toleratur aliquid publicâ authoritate ad tempus, et ſine approbatione, et probatur aliquid ac ſtabilitur; fertur etiam aliquid abſque authoritate publica per conniventiam, quam vocant. Horum omnium & ſimilium reſpectu variat tolerantia, & magis minuſvé probatur vel improbatur. Pius Lector (quin & ipſe D. Grotius) his expenſis promat è conſcientia reſponſum ad hanc quæſtionem:*

“ An in Eccleſias Belgicas adultas (utut hoc nonnulli ri-
“ deant) & tantâ veritatis luce colluſtratas, concordi ha-
“ ctenus veritatis profeſſione nobiles, & exemplo aliis
“ prælucentes, poſt tantos pro veritate labores, publicâ
“ authoritate, & quidem neglectâ Synodi convocatione,
“ liceat & expediat introducere, ſive in iis ſtabilire, pro-
“ bare aut ferre ἑτεροδοξίας in Paſtoribus & Doctoribus,
“ qui populum & juventutem pro virili ſeducunt, ortho-
“ doxiam palam impugnant, plærique etiam blaſphe-
“ mant, & de graviorum inſuper errorum occultatione
“ apud quamplurimos ſunt ſuſpecti; nec ceſſabunt, (niſi

obſtante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

obſtante lege) novis paſſim diſcipulis ſententiā ſuam „
ad Miniſterium poſteritatis tranſmittere. „

Non eſt meum pronunciare quid videatur poſtulare ſtatus Reipublicæ, aut quem locū hîc obtinere debeant conſultationes & conſiderationes politicæ. Quicquid fiat, ſic exiſtimo: Rogandum eſſe miſericordem Deum, qui Regum corda quò vult, inclinat, ut hanc gratiam largiatur ijs, qui rerum potiuntur, ut seriò & in timore Dei expendant, an fieri tale quid poſſit abſque divinæ Majeſtatis offenſione, publicâ erga illam ingratitudine, animorū miſerandâ divulſione, & triſti ſcandalo? Dubiū ſanè non eſt, quin Theologi illi, qui harum curarum & difficultatū primi ſunt authores, rationem aliquando ſint reddituri Domino noſtro Ieſu Chriſto, Mundi Iudici, & Eccleſiæ veritatiſq; vindici. Cogitemus, obſecro, ſi vel omnes capitum noſtrorum capilli totidem eſſent linguæ, an tamen unquam dignè ſatis divinas laudes pro collato puræ Religionis beneficio poſſemus prædicare? Graviter offendetur Dominus, ſi tātum beneficium nobis incipiat vileſcere. Qui Deum parū metuit, *inquit Fulgentius*, valdè eum contemnit. *Sic qui puram Religionem parùm diligit, valdè eam à Fulgentio judicabitur contemnere. Eccleſiam poſt tempora Apoſtolorum* non diu manſiſſe virginē, *conqueritur hiſtoria Eccleſiaſtica. Nonne Eccleſiam Belgicam non diu manſiſſe virginem cum probro noſtro dolebit poſteritas? Et offenſo cæleſti Sponſo, quid fiet virgini Belgicæ?* Surgens obibit civitates, & per vicos & per plateas quæret eum, quem diligit anima, & quærens non inveniet eum, frementibus viſceribus inclamabit eum, ſed non reſpondebit, *Cant. 3. & 5. Faxit latiora Pater miſerationū, & ſancta conſilia inſpiret Magiſtratibus & Theologis, efficiatq; in ijs quod gratum eſt in conſpectu ſuo per Ieſum Chriſtum, Amen.*

quæro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

quæro jam quid verum ſit: hoc quæro, An ita ſentire 49 Pelagianum ſit, an 50 Socinianum? an 51 intolerabile? Ergo 52 veterũ nemo ita ſenſit, ita locutus eſt? quid ſi plurimi? quid ſi 53 ante B. Auguſtinum prope omnes? Vrgetis Apoſtoli Pauli verba, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. (*cooperantur omnia in bonum his qui vocati ſunt juxta propoſitum.* Vis interpretem ex Græca

ANNOTATIONES.

49 *Saltem non diſsimile veteri & rancido ſemipelagianiſmo, qui tempore Auguſtini & Proſperi in Pelagÿ Reliquÿs fuit damnatus (vide notam 25.) & hodie novis pingitur coloribus*
" *à* Novis iſtis Prophetis, qui prętextu moderatioris Theo-
" logiæ è ſchola Cœleſtii (*Pelagiani*) egreſſi ſuis argutiis de
" gratia RESISTIBILI Belgicas Eccleſias perturbant, *inquit David Paræus in diſput. de Lib. arb. contra Bell. p. 141. Tu verò, D. Groti, recordare nunc eorum, quæ paulò ante dicebas de Semipelagianiſmo tanquam charybdi metuendo.*

50 *Vide notam 34. & 35.*

51 *Vide notam 48.*

52. 53 *Ad hanc quæſtionem reſpondeat Witakerus in tractatu de Peccato originali contra Stapletonum lib. 2. cap. 2. unde non pigebit ſequentia in gratiam Lectoris huc transſcribere. pag. 130. ſic loquitur:*

" Vlla tu teſtimonia quæris, aut graviora, aut ad rem ap-
" tiora, quam quæ ex his duobus Eccleſiæ luminibus (*Au-*
" *guſtinum & Proſperum intelligit*) proferuntur? Neque nos
" aut Auguſtinum & Proſperũ cum reliquis Patribus com-
" mittimus, ut tu ais, aut reliquos omnes nobis adverſarios
" in hac cauſa Patres habemus, aut aliorũ præterea Patrum

teſtimoniis

teſtimoniis caremus, quemadmodum ex iis, quæ dicta ,,
ſunt, quæque poſt dicentur, omnes intelligere poſſunt. ,,
Auguſtinum & Proſperum tanto pluris quàm alios face- ,,
re ſolemus, quanto hi plus quàm alii, quorum ad nos vi- ,,
giliæ pervenerint, in hac cauſa elaborârint, eamque me- ,,
lius & accuratiùs tractârint. Illi autem Patres qui ante Pe- ,,
lagium in Eccleſia floruerunt, tam *dubiè* interdum & *in-* ,,
commodè locuti ſunt, ut *Pelagio anſam maximam præbuerint*; ,,
etiam quorum ſumma virtus & gloria inter omnes fuit. ,,
Quis neſcit quam multa Pelagius pro hæreſi ſua ex Patri- ,,
bus citârit, qui ſæculis antiquioribus vixerant? Et quædã ,,
Auguſtinus interpretatione lenit, quædam excuſat, quæ- ,,
dam improbare, quia neceſſe fuit, non veretur. Illam au- ,,
tem ſubinde juſtiſſimam defenſionem adhibet contra Iul. ,,
l.1.c.2. *Diſputantes in Catholica Eccleſia non ſe aliter intelli-* ,,
gi arbitrabantur: tali quæſtione nullus pulſabatur: Pelagianis ,,
nondum litigantibus ſecuriùs loquebantur. Et quis non videt, ,,
dum ſtudet Auguſtinus quæ adducta à Pelagianis teſti- ,,
monia fuerunt, commodè interpretari, quàm alienas & ,,
violẽtas interpretationes nõnunquã ſecutus ſit? Iulianus ,,
ex *Chryſoſtomo* adduxit teſtimonium, in quo ſanctus Pater ,,
ait *Infantes baptizari, licet peccata non habeant*: atque hinc ,,
nullum eſſe originale peccatum in pueris recens natis ,,
Chryſoſtomo viſum eſſe diſputabat. Et verba huic opinioni ,,
non obſcurè favent. Auguſtinus hunc ſenſum Chryſo- ,,
ſtomi fuiſſe reſpondit: infantes non habere peccata pro- ,,
pria. At Chriſoſtomus probat gratiam baptiſmi non tan- ,,
tùm conſiſtere in remiſſione peccatorum, quia infantes, ,,
qui nullum peccatũ habent, baptizari ſolent: eoſq; igitur ,,
baptizari ait, ut ijs vel detur vel addatur ſanctitas; quibus ,,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

verbis illos non baptizari in peccatorum remiſſionem ſignificat. Nam quis ſenſus in verbis erit, baptizari infantes, etſi peccata actualia non habent? quaſi non debeant baptizari, qui ſolo peccato Originali vitiati ſunt, aut Infantes non in remiſſionem peccatorum baptizentur. Sed tales ſententiæ interdum Patribus in aliud intentis exciderunt. Non ignoro multa in contrarium poſſe ex *Chryſoſtomo* afferri; neque id nunc quæritur. Sed ab illo atque aliis nõnulla ſæpenumerò incautiùs atque incommodiùs prolata eſſe nemo neſcire poteſt. Idem Iulianus Baſilij quandam ſententiam adduxit, *peccatum poſſe à ſubſtantia facillimè ſeparari*, quam Auguſtinus ſic exponit, *Quod ait facilè poſſe malum à voluntate, vel à ſubſtãtia ſeparari, non humanæ facilè eſt voluntati, ſed miſericordia Dei.* Rectè, quid enim difficile Deo? Sed an id Baſilius voluerit, meritò dubitari poteſt. Etiam in Pelagio Auguſtinus multa damnavit, quæ non tantùm in Origene & Tertulliano, ſed Clemente, Iuſtino, Irenæo, & illo omnium hæreticorum confutatore Epiphanio reperiuntur. *Clemens infantes nihil commiſiſſe, ac proinde in Adæ execrationem minimè incidiſſe: & Davidem in peccatis natum non fuiſſe cõtendit.* Quid aliud Pelagius dixit? Iuſtinus ait *hominem habere æqualem poteſtatem vertendi ſe ad utramque partem*: Irenæus, *bonam ſententiam adeſſe homini ſemper*; Hęc ſimiliter Pelagius poſuit, ſed *in Pelagio Auguſtinus ferre non potuit*, & quis omninò ferat, niſi qui doctrinam Scripturarum hæreticis prodere velit? Quod autem Epiphanius dixit, *Veteres ex lege naturæ ſervatos eſſe; qui ſecuti ſunt, ex lege Moyſis; nos ex gratia*, Ejuſmodi eſt, ut nihil ab ipſo Pelagio in gratiam hoſtiliùs dici potuerit, quantumvis Andradius multum in hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

dicti defenſione laboravit. Quid quod Auguſtinus, quæ ipſe olim hac de re ſcripſiſſet, coactus ſit retractare? (*Poſt allata quadam retractationis exempla pergit Witakerus in hunc modum*:) Quid cætera ejuſmodi ſanè multa commemorem? Ex his abundè conſtat, *Patres ante* Pelagium *exortum de Originali peccato & Libero arbitrio, in quibus duobus articulis potiſſimum hæreſis verſata eſt, minus accuratè ſæpius & ſcripſiſſe & ſenſiſſe, quàm tantos Eccleſiæ Doctores oportuit. Et Pelagium Deus ad tempus graſſari paſſus eſt, ut Patres Catholici de tantis rebus ſanctiùs judicare & loqui diſcerent.* Quare quod Magdeburgenſes ſcripſerunt, Patres interdum viribus humanis nimium tribuiſſe, & originalem corruptionem nonnihil obſcuraſſe, eamque nimis tenuiter & frigidè explicaſſe, nihil dici veriùs potuit, ſi Auguſtini vel de majoribus ſuis, vel de ſe judicio acquieſces, aut veterum ſcripta cum Pelagii opinionibus comparabis. Nobis in hac cauſa plus eſſe teſtimoniorum, quam velles, non tantùm ex Auguſtino & Proſpero, ſed ex aliis etiam Eccleſię Magiſtris, præſertim qui per *divulgatam damnatamque Pelagij hæreſin* extiterunt, ſi nondum intelligis, dabo operam ſuo loco ut abundè ſentias. *Hactenus Witakerus, ut autem Lectori omnis eximatur ſcrupulus, addam verba* Thomæ Mortoni *Theologi Angli, quibus probat Chryſoſtomum & quoſdam alios Patres, præſertim Græcos, in hiſce materijs tam craſsè interdum eſſe philoſophatos, ut etiam ipſi* Pontificij *eos non ferant, ſed Lectorem Chryſoſtomi moneant, ut ſibi caveat à* Pelagianiſmo, *ſic igitur habet Mortonus* in Apologiæ parte prima pag. 209. *ubi textus pontificios hoc ordine in medium profert, indicatis ſcriptoribus & locis.*

Chryſoſtomus impetu dicendi cum Manichæis, qui fati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

neceſſitatem defendebant, naturæ vires plus æquo attollit. Sixtus Senenſ. Bibl. l. 5. in præf.

Chryſoſtomi doctrina hæc eſt, hominem per Liberum arbitrium ſeipſum dignum facere Gratiâ: eadem eſt doctrina Cyrilli: nec iſtorum tantùm, ſed aliorum Doctorum maximè Græcorum. Tolletus Ieſuita Com. in Iohan. 6.

Etiam *Theophylactus, Euthymius, Arnobius* ita loquuntur, acſi homo antequam per gratiam ad gratiam trahatur, poſſit gratiam mereri. Maldon. Ieſ. in Iohan. c. 6.

Photius etiam & *Ambroſius* eodem modo de propoſito Dei ſtatuunt. Toll. Ieſ. in Rom. 9.

Similiter *Theodoretus Oecumenius*: eadem fuit Hieronymi ſententia. Perer. Ieſuit. comm. in Rom. 9 num. 33.

Hæc doctrina eorum (Patrum) *nimis affinis eſt Pelagianorum errori: Caveat Lector, ſi Chryſoſtomum in hunc locum legat, ne in Pelagianorum hæreſin incidat.* Maldon. Ieſuit. com. in Iohan. 6.

In hoc prædicti Doctores non probantur. Tollet. com. in Ioh. 6. Eorum Doctrinam hac in parte non probo. Idē com. in Rom. 9. annot. 19. Sententia Auguſtini eſt doctrinæ Pauli convenientior. Perer. in Rom. 9. num. 33. Hæc *Mortonus* in hunc finem collegit, ut os obturaret quibuſdam Pontificiis, qui Calvino aliiſque orthodoxis litem intendunt, eo quod errores iſtos in Patribus quibuſdam non probent.

Si verò Chryſoſtomi & aliorum Patrum error in his articulis tam eſt enormis & evidens, ut etiam Pontificij Doctores eum publicè perſtringere non dubitent, quanto minùs nos decebit eò devenire temeritatis, ut ab eorum nebulis ad præſentia lucis

tempora

tempora argumentemur: acſi jam in Doctore toleranda ſint ea, quæ tum temporis antiquitas non tam toleravit, quàm per inſcitiam probavit, poſteà verò in Pelagio periculum experta & edocta damnavit. Intoleranda eſset inſania, ſi quis hodie tolerandos cenſeret omnes, quibuſcumque libitum eſset errare, Patrum quorundam errores: nam præter diſcrimen quod eſt inter errantes ſimpliciter, & veritati datâ operâ bellum indicentes, eamq; atrociſsimè impugnantes, eſt & aliud inter eos, qui ante dogmatis alicujus ab hæreticis exagitati illuſtrationem & Eccleſiæ definitionem per incogitantiam aut ignorantiam malè aut ſenſerunt, aut locuti ſunt, & alios, qui damnatos & ſepultos errores ab inferis revocant, iiſq; quietem Eccleſiarũ perturbant. Quod ibi condonatur, hîc jure plectetur. Si Chryſoſtomus tempora Auguſtini & Proſperi attigiſſet, ſecutus fuiſſet exemplum Auguſtini, ea quæ anteà malè aut incommodè dixerat, libenter & liberè corrigentis, ambiguaq; orthodoxè explicantis. Non, quia aliquando erratum, ſemper errandum eſt. (habet Cyprianus) cùm magis ſapientibus, & Deum timentibus congruat patefactæ & perſpectæ veritati libenter & incunctanter obſequi, quàm pertinaciter & obſtinatè contra fratres & conſacerdotes pro hæreticis reluctari.

Hæc ad argumentum D. Grotii deſumtum ab exemplo quorundam Patrum, inprimis Chryſoſtomi. Videat etiam Lector Paræum de lib. arbitr. contra Bellarm. p. 843. & ſeqq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Eccleſia? En Chryſoſtomum. ὅτι οὐχ' ἡ κλῆσις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ 54 πρόθεσις τῶν καλουμένων τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο· οὐ γὰρ *Quia non vocatio ſola, ſed et 54 vocatorum propoſitum ſalutem*

ANNOTATIONES.

54 *Hanc expoſitionem non probabunt, opinor, ipſi Remonſtrantes. Eſt ſanè ſenſui Apoſtolico contraria, quod obſervare potuiſſet Chryſoſtomus, ſi ſequentia expendiſſet, & hunc locū conſuliſſet cum ſimili qui extat 2. Tim. 1, 9. in quem locum ſic ait idem Chryſoſtomus:* οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, φησιν, ἀλλὰ κατὰ ἰδίαν πρόθεσιν· τουτέστιν, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, οὐδενὸς συμβουλεύοντος, ἀλλ' ἐξ ἰδίας προθέσεως· οἴκοθεν ἐκ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ὁρμώμενος ἔσωσε. τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν· κατὰ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων· τουτέστιν, ἀνάρχως ταῦτα προτετύπωτο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ γένεσθαι· οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο, τὸ ἄνωθεν βούλεσθαι· οὐκ ἐκ μετανοίας ἄρα. *id eſt, Non ſecundum opera noſtra, inquit, ſed ſecundum propoſitum* ſuum: *Nemine cogente, nemine conſulente, ſed ex propoſito* ſuo, *ſolâ* vi ſuæ bonitatis impulſus, *ſalvos nos fecit. Secundum propoſitum ſuum, inquit, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia: hoc eſt, abſque ullo principio ſempiternè in Chriſto iſta præfixa erant, ut fieret. Non autem & hoc parum eſt (ſic habet latina verſio) Deum ſalutem noſtram à principio voluiſſe.* Non igitur ex pœnitentia.

ἀναγ-

55 ἠναγκασμένη γέγονεν ἡ κλῆσις, οὐδὲ βεβιασμένη· πάντες γοῦν ἐκλήθησαν, ἀλλ' οὐ πάντες 56 ὑπήκουσαν. *operatum eſt: non enim 55 coacta fuit, aut violenta vocatio. vocati quidẽ omnes, 56 ſed non omnes obedierunt.* Vis ex Latino? En Ambroſium verba illa aliter interpretantem, ſed ſenſu eodem. *Hi au-*

ANNOTATIONES.

55 *Efficaciter vocat Deus, & potente gratiâ ex nolente facit volentem, auferendo cor lapideum, & dando cor carneum. regnum peccati & tenebrarum in nobis deſtruendo, & regnum ſuum erigendo. idem Chryſoſtomus in 2. Tim. 1. Quomodo ſalvus factus*, inquit, *quomodo vocatus es? Sicuti & alio in loco ait, ſecundum* operationem ejus, quæ operata eſt in nobis. *Ideò* majoris virtutis erat, perſuadere totum orbem, quam cælum facere. *Quomodo vocatus eſt, inquit, vocatione ſanctâ, hoc eſt, ſanctos effecit, qui peccatores & inimici eramus, & hoc* non ex nobis, *ſed ex divino munere eſt. Si igitur ille &* potens eſt vocando, *& bonus, idq; per gratiam, non ex debito faciendo, nihil eſt cur metuamus.*

56 *Multi vocati, pauci electi, inquit Servator. electi, efficaciter vocati, obediunt ad unum omnes: Electi aſſecuti ſunt, inquit Apoſtolus, reliqui occalluerunt. Rom. 11.*

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tem ſecundum propoſitum vocantur, quos credentes 57 *præſcivit Deus futuros ſibi idoneos, ut antequam crederent, ſcirentur.* Et mox. *Iſtos quos* 58 *præſcivit futuros ſibi devotos, ipſos elegit ad promiſſa præmia capeſſenda.* Vrgetis ejuſdem Apoſtoli illa: μήπω γὰρ γεννηθέντων, *Cùm enim nati nondùm eſſent.* & quæ ſequuntur, τὸν Ιακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ησαῦ ἐμίσησα. *Iacobum amavi, Eſavum verò odio habui.* Ad eum locum Chry-

ANNOTATIONES.

57. 58 *Tales autem fore præſcivit, quos idoneos ac devotos ſibi facere, & fide donare decrevit.* Præſcivit (*inquit Fulgentius ad Monimum*) opera futura gratiæ ſuæ. *Item:* Præſcivit quod in Filiis gratiæ facturus eſſet. *Idem Ambroſius in caput ad Rom. 11. verſ. 25.* Copiâ gentium, inquit, admiſsâ, abſtergetur caligo ab oculis eorum (*Iudæorum*) ut poſſint credere: ut ſpiritum compūctionis prohibens à cordibus eorum, qui præſtat ipſis cæcitatem, reddat ipſis liberum arbitrium voluntatis. *Petrus Martyr eundem Apoſtoli locum explicans, & hæc verba Ambroſij adducens, ſic loquitur de illo:* Hac ſententiâ præclarè demonſtrat (*Ambroſius*) quidnam ſentiat de libero arbitrio, quoad ea, ſcilicet, quæ pertinent ad juſtificationem & regenerationē. Quicquid alibi hac de re dixerit, hîc veriſſimè tradit alienos à Chriſto libertate deſtitutos eſſe, quæ tunc eis redditur cùm illuminantur. *Hactenus Martyr. Deinde potuit Patres illos fallere vox* προγινώσκειν, *quæ non ſignificat in hac materia prænoſſe tantùm, ſed præſciſcere, prædecernere, pro ſuis agnoſcere, &c.*

ſoſtomus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſoſtomus. ὅτι γὰρ δικαίως, σὺ μὲν ἀπὸ τοῦ τέλους ἔγνως· αὐτὸς δὲ καὶ πρὸ τοῦ τέλους 59 ᾔδει σαφῶς· οὐδ' γὰρ ἔργων ἀπίδειξιν ζητεῖ μόνον ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ προαιρέσεως εὐγένειαν, καὶ γνώμην εὐγνώμονα. ὁ γὰρ τοιοῦτος, κἂν ὑπὸ περιστάσεώς τινος ἁμάρτῃ, ταχέως ἑαυτὸν ἀνακλήσεται· κἂν ἐν κακίᾳ διατρίβων τύχῃ, οὐ περιοφθήσεται, ἀλλὰ ταχέως αὐτὸν ἀνιμήσεται ὁ πάντα εἰδὼς θεός. *Quod justè, tu quidem ex fine cognoviſti: ille autem etiam, ante finem perſpicuè 59 ſcivit: non enim ſolam operum demonſtrationem Deus quærit, ſed & generoſitatem animi & mentem clementem. Nam talis aliquis etiamſi quid abreptus occaſione peccaverit, citò ſemet recuperabit: & quamvis in malo aliquo verſetur, non tamen erit deſpectus, ſed citò ipſum extrahet omniſcius Deus.* 60 Ambroſius. *Sciendo quid*

ANNOTATIONES.

59 Deus (*inquit Fulgentius ad Monium*) omnia hominum opera, ſive bona, ſive mala, præſcivit, quia eum latere nihil potuit. Sed ſola bona prædeſtinavit, quæ ſe in filiis gratiæ (*qualis eſt Iacob*) facturum eſſe præſcivit, mala verò futura opera illorum, quos non prædeſtinavit ad regnum, ſed ad interitum (*qualis eſt Eſau*) præſcivit potentiſſimâ Deitate, & ordinavit provida bonitate: *Ante ipſum verò Auguſtinus de gemellis ſic ait lib. de Prædeſtinat. et Gratia c. 16.* Exalta jam viribus vocem, ô injuſte accuſator juſti, & dic mihi, quid ille mali commiſit? quid ille boni meruit? Et reſpondent tibi, non ego, ſed Paulus Apoſtolus, nihil quidem ambo meruerunt: ſed habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidē vas in honorem, aliud quidem in contumeliam. Dicturus es, quare? Quæ eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

judicij hujus tam confuſa diverſitas? Rurſus hanc præſumtionem ille confutet & dicat, O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? maximè quia ad illam humanorum actuum comparationem rurſus intentio converſa reſpondet, injuſtitiæ non poſſe argui creditorem, qui duobus debitoribus tale voluerit habere judicium, ut uni donet, ab alio exigat, quod ab utriſque debetur. *Non vidit ſanctus Apoſtolus hanc à carne confictam planitiem* de prævisa dignitate, bonitate, &c. *Si eam probaſſet vel ingreſſus fuiſſet, non occurriſſent illi carnales iſtæ objectiones & reſponſationes, quas in montoſa & ardua veritatis via ambulan (Rom. 9.) habuit obvias, ſed quibus nullus eſt in altera iſta planitie locus: Et ſi libuiſſet Apoſtolo, (quod abſit) pugnare cum umbra, non tam ſolicitè et operosè neceſſe habuiſſet pro juſtitia Dei depugnare, eamq; à telis carnalis prudentiæ vindicare; unico ſiquidem non dico ictu, ſed levi ventulo (hujus dignitatis vel indignitatis* præſentia *ſeu proviſione ſc.) quicquid erat umbræ dubitationum, non dico proſtraviſſet, ſed molliter, ut ſponte evanidũ fugaſſet. Quia verò planities iſta nuſquam ibi comparet, ſequitur eam non eſſe inter vias Domini, ſed inter carnis avia, quæ incautum viatorem deludunt & ſeducunt.*

60 *Vide notam 57.58.*

59 *Auguſt. lib. de Præd. cap. 17.* Intelligamus ergò vocationem quâ fiunt electi, non qui eliguntur, quia crediderunt, ſed qui eliguntur ut credant. Nam ſi propterea electi erant, quoniam crediderunt, ipſi eum utique priùs elegerunt credendo in eum, ut eligi mererentur. *& contra Jul. Pelag. l. 5. c. 3.* Nullum elegit dignum, ſed eligendo effecit dignum.

unuſ-

unuſquiſque illorum futurus eſſet, dixit, Hic erit dignus, qui erit minor, & qui major, erit indignus. Vnum elegit præſcientia, & alterum ſprevit. Item, *Præſciens itaque Deus malæ illos voluntatis futuros, non illos habuit in numero bonorum.* Et mox: *Ei miſericordiam dabo, quem præſcivi poſt errorem recto corde reverſurum ad me.* Figuli ſimilitudinem ad vivum reſecatis: quid illi? οὐ τὸ 61 αὐτεξούσιον ἀναιρῶν τοῦτο λέγει, ἀλλὰ 62 δεικνὺς μέχρι πόσου δεῖ πείθεσθαι, τῷ θεῷ. *Non hoc dicit tollens 61 libertatem volendi, ſed ut 62 oſtendat quouſque parendum ſit Deo.* Alter, *in figulo ſola voluntas eſt: in Deo autem voluntas cum juſtitia; ſcit enim cujus debeat miſereri.* Sequitur locus ille periculosè στρεβλούμενος, *diſtortus* à 63 quibuſdam, σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν. *Vaſa iræ ad exitium compacta.*

ANNOTATIONES.

61. *At non quæritur de volenti libertate ſimpliciter, & abſolutè, ſed negatur ad bonum ſalutare in non regenito, de iis Concilium Arauſic. cap. 13.* Quod amiſſum (*Liberum voluntatis arbitrium*) niſi à quo potuit dari, non poteſt reddi. Vnde ipſa veritas dicit: Si vos Filius liberaverit, tunc verè liber eritis. *Auguſt. de bono perſever. c. 13.* Nos volumus, ſed Deus in nobis operatur velle: Nos operamur, ſed Deus in nobis operatur operari, pro ſua bona voluntate. *Bernard. de grat. & lib. arbit.* Velle, *inquit*, adeſt nobis ex libero arbitrio, non etiam poſſe quæ volumus: non dico velle bonum, aut velle malum, ſed tantum velle: *item*: Ex libero arbitrio nobis eſt velle, ex gratia bonum velle, *Auguſt. contra 2. epiſt. Pelag. l. 3. c. 8.* Liberum arbitrium captivatum non niſi ad peccandum valet.

62. *Non eſt præcipuus ſcopus Apoſtoli, illa ſimilitudine oſtendere quid homo debeat Deo, ſed quam poteſtatem Deus habeat in hominem.* 63 *A quibus? Remonſtrantibus an orthodoxis? videris hîc ſtare à partibus Remonſtrantium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Occurrit Pater Græcus, οἴκοθεν μέν τοι καὶ παρ' [64] ἑαυτοῦ, οὔτε γὰρ ὁ θεὸς ἐνέλιπέ τι τῶν εἰς τὴν κατόρθωσιν ἡκόντων τῆς ἐκείνου, οὔτε αὐτὸς ἐνέλιπέ τι τῶν ἀπολλύντων αὐτόν. *A ſemetipſis: neque enim Deus quicquam omiſit eorum quæ ad emendationem ipſius pertinebant: neque ipſe omiſit quicquam eorum quæ ſe perderent.* Latinus. *Diu exſpectati converti noluerunt. A Deo ergo exſpectati ſunt, ut inexcuſabiles perirent: ſcivit enim Deus hos non credituros.* Nobilis eſt ille ad Epheſios locus, ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου. *Elegit nos in ipſo ante jacta mundi mundi fundamenta.* ubi ille, ὁ θεὸς τούς δοκίμους ἐξελέ-

ANNOTATIONES.

64 *Paulo pòſt idem* Chryſoſt. *ſic inquit:* Quemadmodũ figulus ex eadem maſſa, quæ vult facit, idque nemine cõtradicente, ita & DEUM ex eodem hominum genere, punientem quidem illos, iſtos verò honorantem, nec temerè, nec curioſè inquiras, ſed adores ſolùm, lutumque illud figulinum imiteris: & quemadmodum illud fingentis ſe manibus obſequitur, ita & tu voluntati illius, qui iſta omnia diſpenſat. *Sed obſervet Lector in his articulis controverſis de reprobatione non agi.*

ξατ.

ξαντο. τὸ ἐκλεγῆναι καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας τεκμήριον καὶ τῆς αὐτῶν 65 ἀρετῆς. *Deus elegit probos: nam eligi et Dei benignitatis eſt ſignũ & ipſorum virtutis.* Hic verò *66 Præſciu Deus omnium, ſcit qui credituri eſſent in Chriſtum.* Et mox: *Hoc dicit decreviſſe Deum, ut credentes in Chriſtum adoptarentur Deo in filios, ut caput ipſorum ſit Chriſtus verus Dei Filius.* Item. *Deus nobis gratiam ſuam dedit, propter quod credidimus in Filium ejus Chriſtum. Diligens enim unigenitum*

ANNOTATIONES.

65 *Efficiendæ in illis per Dei gratiam. Idem* Chryſoſt. *in Rom. 11, 23:* οὐκ εἶπεν, ἴδε οὖν κατόρθωμα σὸν, ἴδε οὖν πόνους σοὺς, ἀλλὰ θεοῦ φιλανθρωπίαν, δεικνὺς ὅτι τὸ ΠΑΝ τῆς χάριτος τῆς ἄνωθεν γέγονε. *i. Non dicit, vide igitur virtutem tuam, aut labores tuos, ſed Dei bonitatem, oſtendens quod* univerſum *ſit ex ſuperna gratia factum. Sed non conſtat ſibi Chryſoſtomus, nam in verſum 9. ejuſdem capitis velut ſui oblitus, ſic loquitur:* οὐδὲ γὰρ ἀνθρωπίνοις πόνοις ἀλλὰ θείᾳ δωρεᾷ τὸ ΠΛΕΟΝ γέγονεν. *& ibidem:* οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀνέλῃ τὸ αὐτεξούσιον, φησὶν ὅτι ἐπέτυχον, ἀλλ' ἵνα δηλώσῃ τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι τὸ ΠΛΕΟΝ τῆς χάριτος ἦν οὐ τὸ ΠΑΝ. *i. Non enim humanis laboribus, ſed divino dono fit* Potior *hæc pars. &: Neque enim ideo conſecutos eſſe dicit, quod liberi arbitrij poteſtatem ſublatam eſſe velit, ſed ut bonorum magnitudinem declaret, & quod* Potior *quidem pars gratiæ ſit, non tamen* Totum.

66 *Vide notas 57. 58. 59. 60.*

ſuum, amatoribus ejus divina munera largitur. 67 Hyeronymus verò: *Ex Dei præſcientia evenit, ut quem ſcit juſtum futurum, prius diligat quam oriatur ex utero.* Sexcenta ejuſmodi proferri poſſent, alia forte commodiùs, alia minus cõmodè dicta. Sed nihil neceſſe eſt: neque enim iſtis auctoritatibus quenquam 68 premimus. Homines fuerunt: labi potuerunt. Sunt alij non ignobiles qui diſſentiant, imprimis Auguſtinus. Hoc tantùm dico. An Socinianus fuit Chryſoſtomus, an Ambroſius, an tot alij vetuſtiſſimi Patres? An ſi nũc viverent, tolerãdi in Eccleſia noſtra nõ

ANNOTATIONES.

67 *Witaker. de Pec. Orig. l. 2. c. 2.* Vnus, *inquit*, Auguſtinus multorum inſtar eſt, cùm eo præſertim res Catholica adverſus Pelagium multos annos niteretur. Ille, ut Hieronymus ait, contra flantes ventos ardore fidei perſtitit. Quare ſic illius induſtriæ in Pelagianorum hæreſi extinguenda poſitæ Hieronymus gratulatur. *ep. 80.* Macte virtute, in urbe celebraris: Catholici te conditorem antiquæ rurſum fidei venerantur atque ſuſpiciunt: & quod ſignum majoris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur. *Hæc ibi de Hieronymo Witakerus. Hieronymi exemplum proculdubio ſecutus fuiſſet Chryſoſtomus, ſi ad ea uſque tempora vixiſſet.*

68 *Imò premis, quia ex illis conficere vis hanc concluſionem: Tolerandos eſſe in Miniſterio Eccleſiarum Belgicarum Arminianæ ſententiæ ſectatores.*

eſſent?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

eſsēt? Ad hęc mihi 69 reſpōderì velim. Si quis nō tolerandos dicat, ejus arrogantia pijs omnibus erit intolerabilis, ſi tolerādos putat illos, ne ſit 70 προσωπολήπτης: *Reſpector perſonarū*: valeat æquitas, quę in eadē cauſſa jus idē deſiderat. Alia autem tria quæ reſtāt Remonſtrantiū Enunciata ejuſmodi ſunt, ut patronos reperire poſſint, nō modò in illa prima antiquitate, ſed ipſum quoq; Auguſtinū; non jā dico qualis erat quū adverſus Manichæos ſcriberet, ſed etiā

ANNOTATIONES.

69 Reſpondetur igitur, Duos cùm videntur facere idem, non eſſe idem. Aptabas hoc ſupra temerè ad Regem M. Britan. & D. Sibrandum, quos alij atque alijs animis ac ſtudijs cauſam Vorſtij tractare dicebas. Sed hîc revera magnum eſt diſcrimen inter illorum temporum Patres, & hujus temporis Novatores, de quo diximus Notis 48. 52. 53. Si nunc in Belgio viveret Chryſoſtomus, obvijs eum ulnis amplecteremur, hac tamen lege, ne ἑτεροδοξία *turbaret pacem & concordiam Eccleſiæ, quod ille procul dubio promitteret & præſtaret. Quinetiam ſi tempore Auguſtini poſt ortam & damnatam Pelagij hæreſin vixiſſet, non eſt dubium, quin cum Hieronymo Auguſtino fuiſſet gratulatus, aut cum Auguſtino incommodè dicta explicaſſet & correxiſſet. Sed fac turbari Eccleſiam ab aliquo Chryſoſtomo, num tu in eo ferres, quod in alio coërceres? Ne hîc ſis proſopoleptes, D. Groti. Quare præterea an tu D. Groti, Chryſoſtomum iracundiæ indulgentem, liberiore ore in Proceres & ipſam Imperatricem concionantem, & apud plebem ſic dicere orſum:* πάλιν Ἡρωδίας μαίνεται, πάλιν ταράττεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπιζητεῖ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἀνόμως ὑπὸ Ἡρώδου ἀποτμηθῆναι· πάλιν Ἰεσάβελ, *&c.*

id eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

id eſt: Denuò Herodias inſanit, denuò commovetur, denuò ſaltat, denuò quærit, ut caput Ioannis Baptiſtæ ab Herode illegitimè abſcindatur. Iterum Ieſabel, &c. ſive ut habet Socrates: πάλιν ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ζητεῖ λαβεῖν. i. Iterum caput Iohannis quærit accipere in diſco: Item an concilio ab Imperatrice convocato reluctantem & comparere recuſantem, Severianum non niſi projecto ad pedes adoleſcente Imperatore Theodoſio in gratiam recipientem; quæro, inquam, an hæc facientem tolerandum cenſeas hodie Chryſoſtomum? quæro an tolerare velles ea, propter quæ ab Imperatore bis actus in exilium, in quo & mortuus eſt? Ad hæc mihi reſponderi velim & expendi, an non eo quod daturus es, reſponſo obturaturus ſis tibimet os, D.Groti? ſi Chryſoſtomus à Remonſtrantibus in hac materia habitus orthodoxus, in Magiſtratus tamen peccans, & demagogicis concionibus eos populo veluti contemnendos propinans, tolerari non poterit, Annè vilior nobis eſt Dei domus, & Chriſti corpus, quod ſanguine ſuo acquiſivit? Non dubitamus igitur, quin ita ſe gerere poſſit Chryſoſtomus aliquis, ut non tantùm tolerari, ſed & amari debeat, & econtrariò, ſui oblitus, ea committere quæ animadverſionem poſtulent.

70 Proſopolepſiam tollit cauſæ diverſitas. vide notam præcedentem. Vtinam tu, D. Groti, proſopolepſiam vitaſſes in hoc ſcripto! Aequo animo videris ferre, quod à Rege M.Britanniæ actum eſt cõtra Vorſtium & Arminium, eiuſque diſcipulos, quod autem à Sibrando aliiſq; fit, fers indigniſſimè.

qualis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

qualis fuit,71 quum Pelagij dogmata oppugnaret: quanquam mos eſt iſte humani ingenij, ut calor nos contentionis plerumque lõgiùs quam 72 par eſt, abripiat. De morte Chriſti quid docent aliud, quam quod Auguſtini do-

ANNOTATIONES.

71 *Auguſtinum, Pelagium oppugnantem, iſtorum pronunciatorum eſſe Patronum? & quidem eo ſenſu quo iſta pronunciata explicantur & defenduntur à Remonſtrantibus? Ne ipſe quidem hoc dixerit Arminius aut Bertius.* Arminius *pag. Antiperkinſi 236. putat Auguſtinum ſenſiſſe quoſdam fideles non eſſe prædeſtinatos ad vitam, & hos excidere & damnari, quoſdam eſſe prædeſtinatos ad vitam, & hos nequaquam excidere, ſed perſeverare & ſervari.* Bertius *in præfat. ſuæ Apoſtaſiæ. fatetur Auguſtinum de perſeverantia Sanctorum aliter ſenſiſſe & ſcripſiſſe, ſed putat eum vivum & videntem Epiſcopis Africæ ſententiam ſuam non probaſſe. Vterque igitur fatetur Auguſtinum trium iſtorum pronunciatorum patronum non fuiſſe. Neque dici hoc poteſt abſque impudentia ab eo, qui legit Auguſtinum, vel epiſtolas Proſperi & Hilarij ad ipſum.*

72 *Similiter Papiſta Stapletonus (citante Perkinſio problem. lib. Arbit.) lib: 2. de Inſtit. c. ult.* Ait Auguſtinum modum in hac cum Pelagianis diſputatione fortaſſe exceſſiſſe.

S gmatum

gmatum tenaciſſimus 73 Proſper, *redemptos per eam omnes, ſed non omnes è captivitate erutos?* Qui & alibi ait: *durius*

ANNOTATIONES.

73 *Ad hoc pronunciatum de univerſali redemtione, & particulari liberatione quod attinet, judicet Lector inter Auguſtinum, Proſperum, & D. Grotium. Auguſtini ſententiam ſic explicat, & ex verbis ipſius Augustini demonſtrat Perkinſius lib. de Prædeſt. pag.* 140 Ita, *inquit*, videmus Pelagianos *redemtionem* per Chriſtum ſine *liberatione* finxiſſe. Et quid aliud quidam editis libellis adſtruunt, qui omnes quidem & ſingulos ex parte Dei redemtos volũt, non tamen omnes ſalvatos, quia nolunt credere? Et jam hujus ſententiæ damnationem audiamus. Auguſt. contra Iul. l. 3. c. 3. *Redimuntur, ſed non liberantur*: lavantur, ſed non abluuntur—: hæc ſunt ſententiarum *portenta veſtrarum*—: hæc paradoxa *Pelagianorum* hæreticorum, &c. Cæterùm rogo te, quomodo poteſt intelligi iſta redemtio, niſi à malo redimente illo, qui redimit Iſraël ab omnibus iniquitatibus ſuis? ubi enim redemtio ſonat, intelligitur & pretium: & quod eſt hoc niſi pretioſus ſanguis agni immaculati Ieſu Chriſti? De hoc autem pretio, quare ſit fuſum, quid interrogamus alium? reſpondeat ipſe redemtor, dicat ipſe mercator: Hic eſt, inquit, ſanguis meus, qui pro *multis* effunditur in remiſſionem peccatorum. Pergite adhuc, pergite, & ſicut dicitis in ſacramento Salvatoris, baptizantur ſed non ſalvantur: *redimuntur, ſed non liberantur*—: ſic etiã dicite: Funditur pro iis ſanguis in remiſſionem peccatorum, ſed nullius peccati remiſſione mundantur: *Mira* ſunt

quæ

quæ dicitis, *nova* ſunt quæ dicitis, *falſa* ſunt quæ dicitis. Concil. Valentinum celebratum Anno 855. cap. 4. De *redemtione* ſanguinis Chriſti, propter nimium errorem, qui de hac cauſa exortus eſt, ita ut quidam, ſicut eorum ſcripta indicant, etiam pro illis impiis, qui à mundi exordio uſque ad paſſionem Domini in ſua impietate mortui, & æternâ damnatione puniti ſunt, effuſum definiunt, contra illud Propheticum: Ero mors tua, ô mors, & morſus tuus inferne: illud nobis ſimpliciter & fideliter tenendũ ac docendum placet, juxta Euangelicam & Apoſtolicam veritatem, quod *pro illis* hoc datum pretium teneamus, de quibus ipſe Dominus noſter dicit: Sicut Moſes exaltavit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam: Sic Deus dilexit mundũ, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. & Apoſtolus: Chriſtus ſemel oblatus eſt ad *multorum* exhaurienda peccata. *Hæc ibi Perkinſius de Auguſtino & (propter argumenti convenientiam) Concilio Valentino.*

De Pro*ſpero autem diximus ſupra notâ 24. Fauſtus ſemipelagianus Catholicos accuſavit, quod dicerent Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, humanam carnem non pro omnibus ſumpſiſſe, nec pro omnibus generaliter mortuum eſſe: Econtra Catholici (Proſper epiſt. ad* Auguſt.) reliquias Pelagij arguunt, quod dicunt pro univerſo humano genere mortuum eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: & neminem prorſus à *redemtione* ſanguinis ejus exemtum, etiamſi omnem hanc vitam alieniſſima ab eo mente pertranſeat: quia ad omnes homines pertineat divinæ gratię ſacramentum; quo ideo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

plurimi non renoventur, quia, quod nec renovari velle habeant, prænoſcuntur. *Idem Proſper Carm. de ingratis:*

Nam ſi nemo uſquam eſt, quem non velit eſſe *redemtũ*,
Haud dubiè impletur quicquid vult ſumma poteſtas.
Non omnes autem ſalvantur, magnaq; pars eſt
Quæ ſedet in tenebris mortis, nec vivificatur.
An varij motus animorum talia gignunt,
Libertaſque facit cauſam non omnibus unam?
Ergo hominis valida arbitrio divina voluntas,
Aut etiam invalida eſt, operis cùm finis in illo — fit.

Et:

— Dic unde probes, quod gratia Chriſti
Nullum omninò hominem de cunctis qui generantur
Prætereat, cui non regnum vitamque beatam
Impertire velit? nec enim vel tempore noſtro
Omnibus in terris jam certus eſt inſinuatum
Chriſti Euangelium: ne dicam exordia doni
Non potuiſſe ſimul toto decurrere mundo.

Ex his Lector videt Auguſtinum & Proſperum Pelagianis & Semipelagianis attribuiſſe hanc ſententiam de univerſali redemtione, & reſtricta liberatione. videat ergo D. Grotius quam verè illam Auguſtino & Proſpero adſcribat.

quam

quam loquendum ſit, loqui eos qui dicunt, quod 74 *non omnes homines velit Deus ſalvos fieri, ſed certum numerum prædeſtinatorum.* Et multis in locis repetit, *non negandum quin & velit Deus* (75 κατ' τὴν θέλησιν τὴν προηγουμένην) *Secundum antecedentem voluntatem omnes homines ſalvos fieri, & tamen non omnes ſalvi fiant.* Chryſoſtomus vero, 76 τόγε αὐτοῦ τοῦ θεοῦ μέρος ἐσώθησαν ἅπαντες, *Ex Dei parte ſervati ſunt omnes.* Et in verba, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον, *Niſi datum ipſi ſit* vetat nos intelligere ἁπλῶς ἀποκλήρωσιν. *Simpliciter diſſertitionem.* Gratiæ

ANNOTATIONES.

74 *Rectè: nam verba ſcripturæ negare videntur: utrumque autem ſcriptura tradit: Deum velle omnes homines ſalvos fieri: &: tantum electos Deum velle ſervare. Qui autem dictum illud ſcripturæ 1.Tim.2. ita intelligunt, ut certum prædeſtinatorum numerum negent, illos Proſper in Epiſt.ad Auguſt. confirmat ſequi ſententiam Semipelagianorum.*

75 *Debuiſſes locum indicare, quo Proſper meminit* voluntatis antecedentis, *ut ſtudioſus Lector de fide tua & ſenſu dicti potuiſſet commodiùs judicare. Sententia Proſperi ex nota 24.& 73. conſtat. Vtrumque verum eſt: &: Deum velle, ut omnes homines ſalvi fiant, quod habet textus ſcripturæ,&: non omnes homines ſalvos fieri, quod itidem Scriptura affirmat, & experientia comprobat: neutrum negant orthodoxi, ſed ſpeciem pugnantiæ tollunt neceſſariâ & ſanâ explicatione.*

76 *De Chryſoſtomo vidimus notâ 52.53.64.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

operationem negant talem eſſe, cui[77] reſiſti non poſſit. Primine omnium? An verò Calvinus & alij contra[78] libertatem arbitrij exclamantes ſæpè repetunt, *non audiendos hic*[79] *Patres?* Iuſtinus Martyr Apoſtolicis temporibus proximus ait, κατὰ[80] προαίρεσιν ἕκαστον κατορθοῦν καὶ ἁμαρτάνειν,

ANNOTATIONES.

77 *Hominem carnalem, corruptum & non regenitum ejus eſſe ingenij, ut non tantùm ſanis Dei præceptionibus poſſit reſiſtere, ſed etiam non poſſit non reſiſtere docent orthodoxi ex Apoſtolo, qui teſtatur ſenſum carnis eſſe inimicitiam adverſus Deum, nec poſſe ſubijci legi. Deus autem per Spiritum ſuum nos regenerando & recreando hanc inimicitiam & reſiſtentiam frangit, & aſſenſum amicitiamq; inſpirat. Negant illi vim irreſiſtibilem. Si hîc intelligerent hoſtilem illam, quam paſſim Prophetæ Deo tribuunt in perſequendis, & perdendis externis hoſtibus, ita ut elabi & reſiſtere Deo nequeant, facilè concederemus; ſed dum hac phraſi negant* potentem *illam* gratiam, *ſive* gratioſam potentiam, *quâ Deus operatur in nobis, cùm non tantùm domeſtico hoſti (peccato) regnum aufert, ſed etiam nos ſibi reddit addictos, & ablato corde ſaxeo, reponit carneũ, ſuũ in nobis hac ratione Regnum erigent, eam reverà gratiæ operationem negant, quâ omnes electi ſervati ſunt, & ſervabuntur, & quâ ad ſalutem egent ipſi Remonſtrantes. Neque tantùm negant hanc potentem Dei operationem, ſed totâ conſequentiarum blaſphemarum & impiorum abſurdorum acie eam oppugnant, ita ut omnis ipſorum labor in ipſam incurrat ſcripturam: Huc enim ſecundum rei veritatem omnis ipſorum redit argumentatio:*
Qui docet Deum eminente ſuâ potentiâ in nobis operari fidem

ri fidem & converſionem, illę multa blaſphema tribuit Deo, & ſalutem hominis evertit. At Scriptura ipſa hoc facit. Ergo, &c. *Negari enim non poteſt, Scripturam hanc potentem operationem in nobis Deo tribuere. Neque juvat eos distinctio inter effectiones ſive productiones fidei, & operationem quâ Deus in iis, qui jam fideles ſunt, operetur. Initium enim converſionis in primis hanc Dei operationem poſtulat, & idem abſurdorum manet fundamentum in medio et fine, quod eſſe putant in initio.* ἡ κτῆσις τῆς φυλακῆς χαλεπώτερον, *id eſt*, Rei comparatio & acquiſitio cuſtodiâ illius eſt difficilior, *inquit Chryſoſtomus. Hom 9. in Epiſt. ad Rom. majus aliquid eſt mortuum vivificare, quàm vivum conſervare.*

78 *Libertatem arbitrii ſimpliciter non negant, ſed vires ejus ad bonum ſalutare; ut quæ nullæ ſunt ante converſionem ſive regenerationem. Certum eſt nos velle cùm volumus (inquit Auguſtinus de grat. & lib. arbit. c. 16.) ſed ille facit ut velimus, de quo dictum eſt, Deus eſt, qui operatur in nobis velle. Certum eſt nos facere, cùm facimus, ſed ille facit ut faciamus, præbendo voluntati vires efficaciſſimas, qui dixit, Faciam, ut faciatis.*

79 *Secundum quid, ut ſupra viſum.*

80 *Eligit homo rectum ſalutare, ſed operante eo, qui operatur velle & perficere, fides Romanorum laudatur & prædicatur in toto mũdo, ſed Apoſtolus eo nomine gratias agit Deo, qui dat credere: Rom. 18. Philip. 1. 29. Deus donat quod in homine laudatur, quale eſt converſio ad Deum, ſive* τὸ τρέπεσθαι ἐπὶ τὸν θεὸν, *eſt enim voluntas non tantùm averſa, ſed & adverſa, teſte Auguſt.*

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ ἦν ἐπαινετὸν οὐδὲν εἰ οὐκ ἦν ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι. *Iuxta voluntatis 80 electionem unumquemque aut rectè vivere, aut peccare. Nihil enim eſſet laudabile niſi in utrunque verti poſſemus.* & alibi laudat ut à Moſe ſumtum illud Platonis; 81 αἰτία ἑλομένου· θεὸς δὲ ἀναίτιος. *Eligentis culpa eſt: Deus culpæ exſors.* Et, 82 εἱμαρμένην ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις τὰ ἄξια ἐπιτίμια· καὶ τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία, τὰ ἄξια ἐπίχειρα. *Fatum hoc eſſe imcommutabile, ut recta eligentibus digna merces: contraria facientibus pœnæ reddantur.* Irenæus itidem antiquiſſimus. *Non tantùm in operibus, ſed etiam in fide liberum & ſuæ poteſtatis arbitrium ſervavit Dominus, dicens, ſecundum fidem tuam fiat tibi, 63 propriam fidem hominis o-*

ANNOTATIONES.

81 *Si de culpa hoc dictum loquitur, nihil ad rem. Electio mali culpatur, & eſt extra controverſiam ab homine. In electione boni cœleſtis* αἴτιον κύριον *eſt Deus.*

82 *Et hæc ſententia* οὐδὲν πρὸς ἔπος. *quis enim negat? non quæritur an præmia rectum ſalutare eligentes maneant? ſed unde iſta electio in homine mortuo in peccatis? ſua dona non noſtra merita coronat Deus.*

83 *Credebant Philippenſes, et hæc fides erat ipſorum, non aliorum.* Sed Paulus *dicit, datum illis eſſe, quod crederent.* noſtrum *eſt cor,* noſtra *mens,* noſtra *voluntas, in quibus Deus operatur, & efficit ut* noſtro *corde credamus in Chriſtum. Poſſe habere fidem & charitatem naturæ, eſt hominum, inquit Auguſtinus de præd. ſanct. c. 5. ſed capax eſt natura per gratiam Spiritus S. ait idem contra Iul. l. 2 item lib. retractat. 1. c. 22. In poteſtate hominis eſt mutare in melius voluntatem, ſed ea poteſtas* nulla *eſt, niſi à Deo* detur.

ſtendens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſtendens, quoniam ſuam habet ſententiam. 84 Chryſoſtomus quoties vapulat, ut nimius arbitrij prædicator, qui tamen ubi neceſſe eſt gratię neceſſitatem non obſcurè inculcat? Ejus hæc ſunt. εἰ οὖν πάντες ἥμαρτον, πῶς οἱ μὲν ἐσώθησαν, οἱ δὲ ἀπώλοντο; ὅτι μὴ πάντες προσελθεῖν 85 ἐβουλήθησαν. *Si igitur peccarunt omnes, quomodo alij ſervati ſunt, alij perierunt? Quoniam non omnes voluerunt venire 85.* Et alibi, εἰ γὰρ χάριτι, φησὶ, διατί μὴ πάντες σωζόμεθα; ὅτι μὴ βούλεσθε· ἡ γὰρ χάρις, κἂν χάρις ᾖ, τοὺς 86 ἐθέλοντας σώζει, οὐ τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὴν καὶ πολεμοῦντας αὐτῇ διηνεκῶς. *Si gratia, dicat aliquis, cur non omnes ſervamur? Quia non vultis. Nam gratia etſi gratia eſt, 86 volentes ſervat, non invitos, & ipſi aſsiduè reluctantes.* Et in illo Ioannis, οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτὸν, *Nemo poteſt ad me venire, niſi Pater qui miſit me traxerit ipſum.* verbo ἑλκύσῃ *traxerit* ait denotari 87 βοήθειαν *auxilium*, verbo

ANNOTATIONES.

84 *De Chryſoſtomo dictum ſupra aliquoties.*

85. *Vnde autem velle venire, niſi ab eo qui operatur velle. Phil.2.13. non eſt volentis hominis, ſed miſerentis Dei. Rom.9.*

86 *Etiam facit* volentes *ex nolentibus ac reluctantibus, ita ut reluctari & nolle deſinant, atque* ita volentes ſervat, *Auguſt. contra duas epiſt. Pelagij l.4.c.6. & l.2.c.5. ſimilia tribuit* Pelagianis.

87 *Imò* δύναμιν *& quidem* ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως, *qua lucem facit ſplendere in tenebris 2.Cor. 4, 6. & vitam creat in morte vocans ea, quæ non ſunt. Epheſ.2,5. Rom.4,17. Et quis abſque ea Dei gratia velit ire aut venire ad Chriſtum, qui Iudæis eſt ſcandalum & gentibus ſtultitia? 1.Cor.1,13. et 2,14.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ἐλθεῖν, 88 τὴν προαίρεσιν, *venire, voluntatis electionem.* Proſper verò *non ſanam eſſe* dicit *adſertionem exiſtimantium, quod prædicatione gratiæ liberum* 89 *negetur arbitrium.* Et exſtat contra eoſdem Auguſtini liber: cujus & illa citari ſolet ſententia, *Conſentire vocationi aut non conſentire, propriæ voluntatis eſt.* Item, *Vt velimus, ſuum eſſe voluit & noſtrum, ſuum vocando, noſtrum ſequendo.* Ad Pelagianos quoque ita ſcribit: *Liberum in hominibus eſſe arbitrium, & Deum eſſe naſcentium conditorem utrique dicimus. Non hinc eſtis Cæleſtiniani aut Pelagiani.* Et alibi: *Fides ſane Catholica, neque liberum arbitrium negat, ſive in vitam malam, ſive in bonam, neque tantum ei tribuit, ut ſine Gratia Dei valeat aliquid.*

ANNOTATIONES.

88 *Imò ipſum* credere, *ut patet ex Ioh. 6, 35. & alijs locis: Qui* venit ad me *non eſuriet, & qui* credit in me *non ſitiet unquam. Auguſtinus in verba iſta Chriſti apud Iohan. ſic ait:* Hoc propter credentes & non credentes ſe dixiſſe manifeſtavit, exponens quod dixerat, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: *idipſum alijs verbis repetendo in eo quod ait,* niſi fuerit ei datū à Patre meo. *Ille quippe trahitur ad Chriſtum, cui datur ut* credat *in Chriſtum. Datur ergo poteſtas ut Filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipſum datur, ut credant in eum. Quæ poteſtas niſi detur à Deo,* nulla *eſſe poteſt à libero arbitrio.*

89 *Vide notam 61. 78. Hæc teſtimonia Proſperi & Auguſtini nihil ad rem, quia loquitur de voluntate & libertate hominis ſimpliciter, non de viribus ejus in bono ſupernaturali.* Noſtra *voluntate conſentimus, eâdem volumus, eâdem ſequimur, eâdem piæ vitæ ſtudemus, ſed unde conſentire, velle, ſequi, &c.*

in vo-

in voluntate non tantùm aversâ ſed etiam adversâ. Audi Auguſtinum eundem, de natura & gratia cap. 53. Quid tantùm de poſſibilitate naturæ (in cœleſtibus & ſalutaribus ſc.) præſumitur? vulnerata, ſauciata, vexata, perdita eſt: verâ confeſſione, non falſa defenſione opus habet. *Gratia* ergo Dei non quâ *instituatur*, ſed quâ *restituatur*, quæratur. *& lib. de perfect. juſtitia.* Victâ vitio voluntate, natura caruit *libertate*, ſc. ad ſupernaturale bonum. *Et de corrept. & grat. c. 1.* Liberum arbitrium & ad bonum & ad malum confitendum eſt nos habere: ſed in malo faciendo liber eſt quiſque juſtitiæ ſervuſque peccati: in bono autem liber nullus eſſe poteſt, niſi fuerit liberatus ab eo qui dixit: *Si vos liberaverit Filius, verè liberi eritis. & Epiſt 89. ad Hilar.* Libertas *ſine* gratia non eſt libertas, ſed contumacia. *& de verbis Apoſt. Serm. 2.* Magnas liberi arbitrii vires homo cùm conderetur accepit, ſed peccando *amiſit. Proſper cont. Collat. c. 21.* Infidelitas rapuit fidem, captivitas *abſtulit libertatem*, nec potuit illic *ulla* portio reſidere virtutum, quò tanta irruperat turma vitiorum. *Maxentius lib. de fide c. 32.* Liberum naturale arbitrium ad nihil aliud valere credemus, niſi ad diſcernenda tantùm & deſideranda carnalia ſive ſecularia, quæ non apud Deum, ſed apud homines poſſunt fortaſſis videri glorioſa. Ad ea verò quæ ad vitam æternam pertinent, nec cogitare, nec velle, nec deſiderare, nec perficere poſſe, niſi per infuſionē & inoperationem intrinſecus Spiritus Sancti. *Vide latiùs Paræum contra Bell. de lib. arb. p. 1037. ubi iſta & ſimilia Auguſtini dicta explicantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

[90] Hieronymũ enim citare nihil neceſſe eſt,quem Libero arbitrio plus multo detuliſſe,quam Auguſtinum, Sibrandus ipſe alibi nos ignorare non patitur. De Perſeveratione, an ſit omnium qui verè credunt,[91] dubitant Remonſtrantes. At [92] non Chryſoſtomus, qui verba Chriſti,

ANNOTATIONES.

90 *De Hieronymo vide notam 67.*

91 *Si ſpectes verba Articuli, hæc nimirum:* Hoc è ſacris literis propiùs eſſet inveſtigandum priuſquam id indubitatâ animi perſuaſione ſive plerophoria poſſemus docere. *Perinde loquũtur acſi propenderent in ſententiam orthodoxam,ejuſque probationem pleniorem expeterent, ut abſque hæſitantia poſſent docere,quod nunc non niſi hæſitanter aut ſuſpenſo animo doceant. E contrariò in Collat.Hagenſi fatentur abſque ulla hæſitatione*, ſe magis propendere in ſententiam contrariam. *& in ipſa Collatione vehementiſſima ingeniÿ & virium contentione doctrinam orthodoxam oppugnant et evertere ſtudent, planè eodem modo atque in cæteris articulis. Et quis dubitet de ipſorum ſententia, cùm aſſecla Bertius librum ediderit de ſanctorum Apoſtaſia, eumq́; omnium exterarum Eccleſiarum Doctoribus & Paſtoribus ded càrit?*

92 *Vis dicere, Chryſoſtomum* non dubitare *quin deficere & perire poßint veri fideles : probas hoc allato dicto, in quo nihil tale reperitur. dicit enim:* Si ſponte abſiliant,*non traho illos, neceſſariò. ſequiturné ex his Chryſoſtomum affirmare;quod veri fideles ſponte abſiliant & pereant ? ſaltem hoc loco id non planè dicit Chryſoſtomus: imò Chriſto* non derelinquente *cavetur, ne abſiliant. Idem Chryſoſtomus alibi ſic in cap.5.ad Rom.verſ.2.homil.9.interprete Muſculo.*Benè autem dicit,*in qua ſtamus.* Neque enim finem habet iſthęc gratia, neque terminum novit, ſed ad majora progreditur, id quod apud homines

mines

mines non contingit. Exempli gratia: Principatum quis adeptus eſt, aut gloriam, aut potentatũ: verum in eo, quod adeptus eſt, non poterit perpetuò conſiſtere, ſed citò excidit, & licet nemo ſit hominum, qui honoris illum gradu dejiciat, mors certè, quam, primum venerit, totum auferet. Divina verò talia non ſunt. Ex ipſis enim nos, neque quiſquam hominum, nec tempus nec rerum infortuniũ, neque ipſe diabolus, ſed nec mors ipſa adventu ſuo ejicere poterit —. Itaque ſi futuris fidem non habes, præſentibus ſaltem, quæ jam accepiſti permotus, illis quoque fidem adhibe. Propterea ſiquidem dixit, *in ſpe gloriæ Dei*, ut diſcas quamnam oporteat fidelem habere mentem. Non enim de iis ſolùm quæ data jam ſunt, ſed & de futuris, non ſecus atque datis, peſuaſum eſſe oportet. Gloriatur quippe, qui gloriatur in illis, quæ jam exhibita ſunt. Quandoquidem igitur & futurorum ſpes tam eſt certa & clara, quam eorum, quæ data jam ſunt, de illis quoque non veretur ſimili ratione dicere, *gloriamur*: propterea & *gloriam* ipſa futura bona vocat. Quod ſi enim ad gloriã Dei profutura ſunt, certum eſt quod omninò nobis eventura ſunt, *licet non propter nos, attamen propter ipſum. Et paulo ante*: Per ipſum enim, *inquit*, acceſſum habemus per fidem. *Itaque ſi longè diſiectos adduxit, multò magis jam prope conſtitutos continebit. Homil 1. in 1. Tim. 1.* πίστεως δὲ τὸ, κἂν ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις ἢ τὰ γινόμενα, μὴ καταπίπτειν, μηδὲ θορυβεῖσθαι. *Fidei hoc eſt proprium, quantumlibet contraria promiſſis contingant, non penitus decidere, neque turbari. Homil de expulſ. Chryſoſt.* ἠτόνησε τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, καὶ οὐκ ἀπηγορεύθη τῆς πίστεως ἡ δύναμις. *Infirmata eſt natura carnis, & fidei robur non eſt fractum. Homil. 25. in Geneſ.* ἡ πίστις ἡ εἰς θεὸν καθάπερ ἄγκυρά τις ἀσφαλής. *Fides in Deum eſt veluti Anchora ſecura.*

ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, *Ut quicquid Pater mihi dederit, inde nihil perdam*, ita explicat, τὸ ἐμὸν μέρος· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέςερον δηλῶν ἔλεγεν· οὐ μὴ ἐκβάλλω αὐτὸν ἔξω· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, οὐδ' ἐμοῦ ὠθοῦντος, οὐδὲ ἐγκαταλιμπάνοντος· εἰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀποπηδῶσι, πρὸς ἀνάγκην οὐχ ἕλκω. *Ex mea parte: quod & alibi clariùs explicans dixit: non eÿciam ipſum foras: non mea culpa, non me protrudente, non derelinquente, quod ſi ſponte abſiliant, non traho illos neceſſariò.* Non 93 Auguſtinus, qui in poſtremis ſcriptis ita loquitur. *Mirandum eſt quidem multumque mirandum, quod filÿs ſuis Deus quibuſdã quos regeneravit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, non dat Perſeverantiam.* Et Ioannis verba, *Si fuiſſent ex nobis*, ita interpretatur; *non quia juſtitiam ſimulaverunt, ſed quia in ea non permanſerunt.* Ejuſdem hæc ſunt: *Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat?* Item: *Credendum*

ANNOTATIONES.

93 *Nimis generaliter iſta & confidenter. ſi dixiſſes,* videri *Auguſtinum in quibuſdam locis affirmare, quoſdam fideles poſſe deficere & perire, ſive quibuſdam veris fidelibus non dari perſeverantiam, potuiſſet hos excuſari, ſed ſimpliciter dicere, quod Auguſtinus non dubitet, eſt imponere imperito lectori. Ipſe Arminius fatetur Auguſtinum ſentire, quod fideles prædeſtinati ad ſalutem non excidant ſed habeant donum perſeverantiæ, licet idem Arminius arbitretur Auguſtinum duplices facere fideles, quoſdam prædeſtinatos, quoſdam non prædeſtinatos. vide notam 71. & Bertius Auguſtinum aliter ſenſiſſe non negat in præfat. Apoſtaſiæ. Quid verò hoc ad ſententiam Remonſtran-*

monſtrantium, quod Auguſtinus quoſdam (non prædeſtinatos ad ſalutem) fideles fortè dixerit excidere? Remonſtrantes contendunt, nullum eſſe verum fidelem, qui non poſſit excidere, non perſeverare & perire. Negant Auguſtini prædeſtinationem, ex qua ille donum perſeverantiæ aſſerit fluere, nullumque prædeſtinatum contendit perire poſſe, talem neminem Remonſtrantes agnoſcunt, ut qui prædeſtinationem eam habent pro impia & blaſphema. Sed jam audiamus quid ad hæc & ſimilia dicta Auguſtini reſpondeatur. Perkinſius de prædeſt. pag. 124. Hæc, *inquit*, non loquitur Auguſtinus de iis qui verè ſunt filij promiſſionis: ſed de illis, qui tales dicuntur à nobis, ac ſunt in nomine & profeſſione filiorum. *Deinde* loquitur de illis qui fidem & dilectionem habent κατὰ δόκησιν, & verè etiam quoad externam praxin. Nam in eodem loco de corr. & grat. c. 13. ſic mentem ſuam expoſuit Auguſtinus. Credendum eſt quoſdam è filiis perditionis — in fide quæ per dilectionem operatur, incipere vivere (ecce loquitur de juſtitia vitæ, non de interna cordis juſtitia) & aliquandiu fideliter & juſtè vivere, & poſteà cadere. *Tertiò* loquitur de fide & dilectione, quatenus virtutes ſunt imperfectæ, & jam pridem quaſi natæ: non autem quatenus ſolidæ, perfectæ & verę (nimirum quoad veritatem eſſentiæ) ſunt. Sic Auguſt. tractat. 5. in Iohan. epiſt. Nata eſt in te charitas, ſed nondum perfecta eſt, noli deſperare nutri eam, ne effocetur, *Hæc ibi Perkinſius. Idem Auguſtinus alibi ſic: de bono perſeverantiæ cap. 2.* Hanc (perſeverantiã) promiſit Deus dicens, Timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recedant. Quod quid eſt aliud, quàm talis & tantus erit timor meus, quem dabo in cor eorum, ut mihi *perſeveranter* adhæreant. *De corrept. & grat. c. 12.*

Liberati à peccato, ſervi facti ſunt juſtitiæ, in qua ſtabunt uſque in finem, donante ſibi illo perſeverantiam, qui eos præſcivit & prædeſtinavit, & ſecundum propoſitum vocavit, & juſtificavit & glorificavit. *Ibidem:* Subventum ergo eſt volũtati humanæ ut divinâ gratiâ *indeclinabiliter* & *inſeparabiliter* ageretur, & ideo quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adverſitate aliquâ vinceretur. *Ibid.* Infirmos ſervavit, ut ipſo donante invictiſſimè quod bonũ eſt vellent, nec hoc deſerere invictiſſimè nollent. Dicente ergò Chriſto, Rogavi pro te ne deficiat fides tua, intelligamus ei dictum, qui ædificatur ſuper petram. Atque ita homo Dei non ſolùm quia miſericordiam Dei conſecutus eſt, ut fidelis eſſet, verùm etiam quia fides ipſa non deficit, qui gloriatur, in Domino glorietur. *Ibid.* Primo homini, qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat poſſe non peccare, poſſe non mori, poſſe ipſum bonum non deſerere, datum eſt adjutorium perſeverantiæ, non quo fieret ut perſeveraret, ſed ſine quo per liberum arbitrium perſeverare non poſſet. Nunc verò ſanctis in Regnum Dei per gratiam Dei prædeſtinatis, non tantùm tale adjutorium perſeverantiæ datur, ſed tale ut eis perſeverantia ipſa donetur, non ſolùm ut ſine iſto dono perſeverantes eſſe non poſſint: Verum etiam ut per hoc donũ non niſi perſeverantes ſint. Non ſolum enim dixit: ſine me nihil poteſtis facere, verùm etiam dixit: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos & poſui vos ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Quibus verbis eis non ſolum juſtitiam, verum etiam in illa perſeverantiam ſe dediſſe monſtravit. Chriſto enim ſic eos ponente, ut eant & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere,

dicere, forſitan non manebit? ſine pœnitentia ſunt enim dona & vocatio Dei, ſed vocatio eorum qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt. Pro his ergò interpellante Chriſto, ne deficiat fides eorum, ſine dubio non deficiet uſque in finem, ac per hos perſeverabit uſque in finem, nec eam niſi manentem vitæ hujus invenit finis. *Hilarius autem in Epiſt. ad Auguſt.* Reliquiis Pelagij hoc tribuit, quod doceant nemini talem dari perſeverantiam, à qua non permittatur prævaricari: quicquid donatum ſit prædeſtinatis, id poſſe eos amittere propriâ voluntate. Et *Proſper* iiſdem tribuit, quod dicant ſub incerta ſpe (*ſic eam vocant, quæ collocatur in Dei propoſito*) curſum non poſſe eſſe conſtantem. *Vt autem Lectori conſtet Reſponſum Perkinſij à mente Auguſtini alienum non eſſe, audiat D. Paræum in Epiſt. ad Rom. pag. 1187 ipſius Auguſtini verbis id oſtendentem:* Ne putetur, *inquit*, Auguſtinus veram fidem ſtatuere aliquando delebilem, videndum quid ibidem (libro de corrept. & grat.) cap. 7. & 9. ſcribat de Temporalibus ſeu προσκαίροις non perſeveraturis, quod hi licet ab hominibus cenſeantur filij Dei, electi, diſcipuli Chriſti, tamen non ſint Dei. Planè (*inquit Auguſt.*) dicuntur Electi à neſcientibus, quid futuri ſint, non ab illo, qui eos novit non habere perſeverantiam. *Item:* Sunt rurſus quidam, qui filii Dei propter ſuſceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis, nec ſunt tamen Dei. *Item:* Quia igitur non habuerunt perſeverantiam, ſicut non verè diſcipuli Chriſti, ita nec verè filii Dei fuerunt, etiam quando eſſe videbantur, & ita vocabantur. *Hactenus Paræus. Quemadmodum igitur charitatem eam, quæ poteſt deficere, nunquã veram fuiſſe affirmat Auguſtinus ad Iul. Comitem, ſicuti citatur in decretis, ſic, teſte Am-*

broſio in 2. Cor. 6. Vera fides non eſt, ſi non ſit perpetua, ſed poſſit deficere. Credere verè, *inquit idem Auguſt. tractat. in Ioh. 106.* eſt credere inconcuſsè, firmè, ſtabiliter, fortiter, ut jam ad propria nō redeas, & Chriſtum relinquas. *Dictum verò illud Auguſtini, quod Grotius immiſcet, de præſumtione prædeſtinationis, duplici de cauſa eſt impertinens. 1. Ponit prædeſtinationem & prædeſtinatorum numerum ex ſenſu Auguſtini, quæ Remonſtrantes negant & oppugnant. 2. Pertinet ad doctrinam de certitudine ſalutis, quæ licet ab hac de perſeverantia divelli nequeat, tamen Ordines Hollandiæ, (niſi fallor) 3. Decemb. 1611. decreverunt ne aliter de certitudine ſalutis doceretur, atque hactenus apud nos eſt factum, & fit in aliјs reformatis Eccleſiјs. Certū tamen eſt has materias ſic eſſe connexas, ut error in una pariat errorem in altera. Si certa eſt prædeſtinatorum ſalus, certa quoque eſt perſeverantia & vice verſâ, atque è contrario incertitudo unius ſecum trahit incertitudinem alterius. Certam eſſe perſeverantiam & ſalutem prædeſtinatorum docet Auguſtinus, temerariam autem præſumptionem damnat, dubitationes & tentationes carnales agnoſcit.*

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

eſt quoſdam de filijs perditionis non accepto dono perſeverandi uſque ad finem, in fide quæ per dilectionem operatur incipere vivere, & poſtea cadere. Et Proſper. *Qui ad obediendum ſibi ipſum velle ſic donat, ut etiam à perſeveraturis illam mutabilitatem quæ poteſt nolle, non auferat: alioquin nemo unquam fidelium receßiſſet à fide.* Et alibi: *Certiſſimè noverimus, nullum fidelium à Deo non diſcedentem relinqui, neque cuiuſquam ruinam ex divina eſſe conſtitutione diſpoſitam: ſed multis qui jã judicio rationis utuntur, ideò liberum eſſe diſcedere, ut non diſceßiſſe ſit præmium.* Item *Prædeſtinatio apud nos, dum in præſentis vitæ periculis verſamur, incerta eſt.* Audebitne etiam Auguſtinum quiſquam & Proſperum Pelagianiſmi accuſare? Poſt Auguſtini tempora de Prædeſtinatione & Gratiæ cum libero arbitrio convenientia variatũ inter Scholaſticos opinionibus fuit, cujus certaminis reliquiæ inter Ieſuitas & Dominicanos hodieq; manent. Ipſa quæ nunc eſt Romana Eccleſia, quæ alioqui nimia facilitate dogmata quævis aut ſancit aut damnat, controverſiam de 94 Prę-

ANNOTATIONES.

94 *Legat Lector quæ de Libero arbitrio, certitudine ſalutis, notitia electionis, & perſeverantiâ ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. c. 12. 13. Can. 15. 16. 17. &c: & judicet an hoc ſimpliciter ſit verum. Nota eſt Pontificiorum ſententia de Libero arbitrio, ſalutis certitudine & perſeverantiâ, quorſum igitur hæ nebulæ? A diſpenſatione Papali (cuius regula eſt Paparum commodum, argumentari non decet hominem reformatum. Carere non poteſt Pontifex Ieſuitis, neque expedit ei offendere Dominicanos. Et prædeſtinationem curat filius perditionis ſcilicet. Quidvis ille ferat, modo ejus oſculeris pedes & credas omnipotentiam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

deſtinatione non definivit: ſive tam 95 obſcuram invenit, ut definiri non poſſet, ſive tam non 96 neceſſariam, ut definiri non deberet. Quò magis mirari libet, eſſe qui ut ſuam ſententiam populo commendabiliorem reddant, eam dicant proximè exactis ſævitiæ temporibus, multorũ martyrum ſanguine ſignatam: quo haud facilè 97 vanius quicquam excogitari potuit: præſertim quum illi ipſi dicere ſoleant, 98 ſecum ſentire Thomam Aquinatẽ & Thomæ ſcholam. Quaſi verò Romani Pontificis ſatellites ferro ac flamma ulturi fuerint opinationes 99 nunquam ab Eccleſia ſua damnatas, magiſtrorum autem celeberrimis defenſas. Quod ſi emendatioris religionis cœtus reſpicere libet, ſtant ſanè jampridem multi à Sibrando; ſed ne-

ANNOTATIONES.

95 *Mirùm ſanè, ſi in ſcrinio pectoris habet jura divina & humana, & errare non poteſt.*

96 *Ad crumenas ſc. & culinas Papales. Hæc enim ibi neceſſitatis regula. obtinet illud Plautinum:* Modo tecum unâ argentum afferto, facilè patietur cætera.

97 *Imò nihil verius, præſertim ſi ſpectes doctrinam de libero arbitrio, & certitudine ſalutis ac perſeverantiæ.*

98 *Secundum quid, non ſimpliciter. Non eſt credibile concilium Tridentinum anathema dixiſſe Thomæ Aquinati, ferit autem anathemate diſſentientes in loco de* libero arbitrio, certitudine ſalutis *&* perſeverantiâ. *vide Sonium pag. 713. de Lib. arbit.*

99 *Imò damnatas in Concilio Tridentino.*

que Germanicas Eccleſias 100 Auguſtanam Confeſſionē ſequentes, & alterius hac in parte ſententiæ, alienas à corpore noſtro viri pij ac moderati hactenus exiſtimarunt. Laudentur ſanè Calvinus, Beza, Martyr, Bucerus, alij: dum non minor illis ſit Melanchthon, ſive eruditionem, ſive

ANNOTATIONES.

100 *At 1. non omnes eam confeſſionem ſequuntur, qui ſe eam ſequi profitentur. 2. Sunt inter pſeudo Luteranos, qui Chriſti vera membra anathematizant, & diris devovent. 3. Inter Confeſſionem Auguſtanam et doctrinā Remonſtrantium eſt differentia. vide Sonium in tractatione hiſtorica articuli de libero arbit. p. 634. 642. Docet ibi Sonius Confeſſ. Auguſtanam oſtendere quod ſequi velit doctrinam Auguſtini de libero arbitrio. vide etiam Zanch. de perſeverantia in miſcell. p. 191. & obſervationes in Harmoniam Confeſſionum ∞ iiij. p. 1. quæ Lutheri fuerit ſententia, inter omnes conſtat ex diſputatione contra Eraſmum Sed quid opus eſt verbis? Principes Germaniæ, qui purioris doctrinæ cognitione ſunt donati, id dāt operam, ut ἑτεροδοξίαν coërceant aut profligent, atque ὀρθοδοξίαν introducant & ſtabiliant: & nos, quibus ab initio Deus lumen puræ veritatis accendit, illud nunc obſcurabimus, & errores de quibus ſi hactenus apud nos obtinuiſſent, corrigendis & abijciendis eſſet cogitandum, novos publica auctoritate introducemus & ſtabiliemus? Contrarium faciunt orthodoxi Germaniæ Principes. Bono exemplo hactenus profuimus, nunc triſti & malo nocebimus?*

pietatem ſpectes. Quid ille igitur? 101 *Aliam eſſe cauſſam juſtificationis, aliam electionis negat. Promiſsiones eſſe univerſales ait, nec quærendam aliam Dei voluntatem. Simpliciter intelligendum, Deus vult omnes homines ſalvos fieri. Propter*

ANNOTATIONES.

101 *Sequenti Grotianæ narrationi, quâ P. Melanthonem ſtudet pertrahere in caſtra Arminij, opponenda ſunt 1. graviſſimorum Theologorum judicia, & quidem 1° H. Zanchij in Epiſtola ad D. Pezelium ſcripta & excuſa ad calcem ſecundæ partis Argumentorum & objectionum, ubi ſic de Melanthone ſcribit:* — Omnia ſemper ſua dicta ad promovendum ſtudium pietatis & ſanctitatis bonorumque operum accommodavit: quo ſanæ ſcriptionis genere ſe verè pium & ſanctum virum fuiſſe luculenter declaravit: οὐδὲ γὰρ ἐστιν ἀγαθὸς ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν: οὔτε δίκαιον οὐδεὶς ἂν εἴποι τὸν μὴ χαίροντα δικαιοπραγεῖν. i. neque enim bonus eſt, qui non lætatur bonis actionibus: neque juſtum quis dixerit eum, qui non cum gaudio juſtè agat. Quia verò in hac de moribus deque ſtudio bonorum operum doctrina ita optimus vir adverſus Libertinos occupatus fuit & diligens, ut ſublimiores illas de Prædeſtinatione, de Providentia, de cauſa peccati, de Perſeverantia ſanctorum, & alias id generis quæſtiones parciùs attigerit, quod ne inde homines carnales, & ad licentiam propenſiores occaſionem frena ſuis cupiditatibus laxandi ſumerēt vereretur, & valdè metueret: Iccircò neceſſariæ fuerunt, quas tu adjeciſti, explicationes. Cæterum quod petiiſti, ut quæ judicaremus egere correctione, ea pro noſtro judicio corrigeremus: in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

eo ſatis fore judicavimus, ſi quæ in textu Philippi ab aliis atque aliis diſſimiliter accipi poſſent, in unum collecta ſimul Lectori ſubjiceremus: ſunt autem hæc pauca: &c. *Hic Lector videt Zanchium judicare quod Melanthon* parcius illa attigerit, *& quidem* metu quodam abuſus, *item quod ea ſcripſerit, quæ ab aliJs atque aliJs* diſſimiliter *accipi poſſent, & egeant ſanâ & commodâ explicatione.*

Idem Zanchius in Miſcell. de perſeverantia Sanctorum pag. 131. *Theſin ſuam confirmat ex ſcriptis Melanthonis, quam confirmationem ſic orditur:* Quid? quod ex libris ipſius etiam Philippi Melanthonis, *cujus authoritate cum primis nituntur adverſariJ*, eadem doctrinâ confirmatur? Philippū igitur ſenſiſſe verè ſanctos, hoc eſt, Electos, verâ & vivâ fide donatos, verèque regenitos & Chriſto inſitos non excidere prorſus à fide, nec amittere prorſus Spiritum Sanctum: idque propter promiſſionem Dei, & propter efficacem Chriſti interceſſionem: his planum faciam locis: & iis quidem unde adverſarii ſuam fulcire ſtudent opinionem, &c.

2. *Iudicium Theodori Bezæ, qui contra Sebaſt. Caſtellionem ſic inquit:* Inter nos igitur & *quoſdam* alios, qui univerſalem eſſe Dei gratiam docent, id eſt, promiſcuè quibuſvis offerri abſque προσωποληψία, *Nullum eſt in reipſa diſcrimen.* Sed nos quidem doctrinam ſeorſim, deinde illius uſum docemus: Illi vero una cum doctrina uſum ipſius in docendo conjungunt. At tu cùm neque quæ hæc ſit doctrina, neque quis illius uſus, intelligas, nec etiam illorum ſcripta ſatis attentè legeris quorum nomen & authoritatem blaſphemiis tuis prætexis, quid aliud, quam ignorantiam tuam cum magna improbitaae conjunctam prodis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Et in Epiſtola ad Monavium clarius ſic:

Melanthoniana & Allobrogica ſchola in iis, quæ proponis *nullo modo aiſſident*, ſed illa quidē, quomodo unumquemque oporteat prædeſtinationis doctrinam ſibi applicare, ſive ipſius doctrinæ uſum rectè & prudenter oſtēdit, adverſus periculoſiſſimas tentationes, aſcendendo videlicet ab effectis ad cauſam, ſicuti docet Apoſtolus methodicè ab initio verſ. 16 cap. 1. uſque ad cap. 8. verſ. 29. Rom. Nos verò adverſus Pelagianos fundamentum illud divinæ gratiæ evertentes, doctrinam ipſam explicamus ordine contrario, nempe à cauſis ad effecta progredientes ex ejuſdem Apoſtoli methodo, à verſ. 29. cap. 8. uſque ad undecimi capitis finem. Vis igitur de æterna & immota tua electione certus eſſe, ne ab illo arcano incipe, ſed ab Euangelii voce & promulgatione incipiens, quæ tibi in Eccleſiaſtico Miniſterio offertur, ſic conclude: Credo. Sum igitur prædeſtinatus ad ſalutem, quod & fides mihi renuntiat oblatū tum in verbo, tum in Sacramentis Chriſtum amplexa, & ipſius quoque vocationis effecta, quæ faciunt ut cum Apoſtolo ejulans dicam: Non facio bonum quod volo: facio malum quod nolo. Quis me liberabit? &c. Vis autem ſcire quam firmum & quam immotum ſit illud fidei & fructuum fidei, quamvis imperfectorum teſtimonium, ſic conclude: Quoniā Deo gratis viſum fuit, ut me immutabili propoſito ad ſalutem prædeſtinaret: iccircò ſum vocatus, iccircò credidi, iccircò Deum meum invoco, qui me quantumvis miſerum & perfidum peccatorem immoto illo decreto ad hanc ſalutem deſtinârit, & qui, ut ego fuerim mendax, ipſe tamen verax eſt & erit. Vides, opinor, mi Monavi, *quam bellè iſta inter ſe conveniant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ant. Quanta ſit autem vis poſterioris iſtius conſecutionis à firmitate fundamenti ſive cauſæ primariæ ad ſtabiliendam in tentationibus conſcientiam, ij demum experiuntur, qui cogitantes quam languida ſint ſuæ fidei effecta, & quam ſit infirma ſua fides, aliud refugium non habent, quam illius divini decreti penitus immotam firmitatem, quę ſola ipſis os aperit ut clament: AbbaPater: etc.

3. *Iudicium D. Pezelij in loco de prædeſtinat. parte Philippicorum argumentorum ultima pag.* 92. Quomodo *Melanthoniana*, inquit, de æterna Dei electione & Reprobatione *non pugnent* ex iis, quę ſuprà aliquoties dicta ſunt, haud difficulter intelligi poteſt. At ſcopus eorum, quæ in hoc loco textibus Philippicis addidi, hic mihi propoſitus imprimis fuit, ut oſtenderem non diſtrahēda, neque ut contraria ſibi invicem opponenda, ſed *conjungenda* & diſtinctè tamen exponenda eſſe, quæ alij Synthetica methodo de prædeſtinatione tradūt, & quæ D. Philippus à poſteriori ſeu κατ' ἀνάλυσιν de effectis & uſu & applicatione doctrinæ prædeſtinationis omnium maximè inculcat, &c. (*vide ſimilia in Apologia Emdenſium contra Ligarium pag. 345. & 346. ubi docent Melanthonem primò apertè tradidiſſe ſententiam Lutheri, poſteà verò motum diatribâ Eraſmi ſtilum temperaſſe, & quadam mitigaſſe, non ut doctrinam priorem reÿceret, ſed caveret ne extra verbum Dei de ea diſputaretur, neve Dei ſecreta ſcrutaremur, ſed ex fructibus veræ pœnitentiæ & fidei colligeremus de electione æterna &c*) *& paulo pòſt pag.* 113. intelligi *conſenſus* ſcriptorum Philippi & aliorū, qui Synthetica methodo utuntur, faciliùs poterit: Si diſtinguatur propoſitum ipſum Dei æternum, id eſt, decretum eligendi & reprobandi, ab aliis quæ pertinent ad ipſius de-

decreti executionem, id eſt,media, per quæ decretum illud arcanum declaratur in hominibus. Si etiam doctrina de prædeſtinatione ipſa diſcernatur ab ejus doctrinæ praxi & applicatione: Et ſi, quo modo contraria hæc ſibi non ſint, cõſideretur, quod electio eſt particularis (ut eventus oſtendit,& dictum illud Chriſti docet: *Multi vocati, pauci electi.*) & quod tamen promiſſio gratiæ univerſalis nominatur, videlicet non promiſcuè ad *omnes* homines, ſive credentes, ſive non credentes, ſed *tantùm ad verè credentes, eosq́ omnes & ſingulos* pertinens: Præterea ſi *conſilium D. Philippi* in tractando hoc articulo expendatur, qui *non rejecit* ſimpliciter, neque ignoravit quæ aut ſeponenda, aut parciùs attingẽda ſibi putavit propter ſublimitatem myſterij,& abuſum apud prophanos multiplicem, omnium verò maximè propter infirmitatem conſcientiarum, quibus in præſentibus tentationibus conſolatione opus eſt: Denique ſi obſervetur vocabulorum quorũdam ὁμωνυμία, eaque commodè potius explicetur, quàm odioſè exagitetur, ut cùm Reprobationem D. Philippus & Rejectionem ſæpè pro condemnatione uſurpat: & cùm Electionẽ nonnunquam pro declaratione æternæ electionis nominat,& quæ ſunt his ſimilia.

II. Opponimus planè orthodoxam Melanthonis doctrinam, quâ tradit in explicatione noni capitis ad Romanos, ubi ſic ſcribit citante D. Pezelio: part. ult. arg. p. 18. Eſt autem hæc ſententia Propoſitionis: Flii Dei fiunt Electione, non Naturâ aut MERITIS noſtris. Vt autem appareat perpetuam eſſe Scripturæ ſententiam, ducit argumenta inde uſque à prima Electione, ubi Abrahæ poſteritas à reliquis gentibus ſeparata eſt. Et eſt primum argumentum:

Scriptura

Scriptura, inquit, in Iſaac vocabitur ſemen. Promiſsionis enim verbum hoc eſt, ſecundum hoc tempus veniam & erit Saræ filius. Ergò filij Dei tantùm ſunt qui à Deo eliguntur. Si natura aut merita facerent Filios Dei, quid opus eſſet promiſſionibus? Cùm igitur promiſſio efficiat, ut aliqui fiant filij, ergo non eſt res noſtrarum virium. At ſi eſt penes naturam fieri filios Dei, quare Iſaac eligitur, Chaldæi, Ægyptii, aut alij non eliguntur, qui non minus civiliter vivebant juxta naturam, quam Abraham, Iſaac, &c. ut ſi quis ratiocinetur: Cur nos ad Euangelium vocavit, non vocavit Alexandrum Macedonẽ, Auguſtum, Socratem, Pomponium Atticum, qui non minus civiliter vivebant, quam nos. Hîc neceſſe eſt cauſam rejicere in voluntatem Dei. Pergit Apoſtolus: *Neque hoc ſolum. Sed & Rebecca cùm ex uno concepiſſet, nempe ex Iſaac Patre noſtro hæc experta eſt. Cùm enim nõdum nati fuiſſent, neque aliquid boni egiſſent aut mali (ut propoſitum Dei, quod eſt ſecundum electionem ejus, maneret non ex operibus, ſed ex vocante) dictum eſt ei. Major ſerviet minori. Sicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau odio habui.* Hoc ſecundum argumentum eſt. Iacob electus eſt. Eſau repudiatur, priuſquam aliquid boni aut mali feciſſent. Hinc Paulus concluſionem efficit, quæ manifeſtè negat, merita noſtra cauſam electionis eſſe. Ergò opera non erunt cauſa, ſed voluntas vocantis. Non addam hîc quomodo cavillentur iſta nonnulli. Tantùm hoc meminerit Lector, Si opera ſecutura in vita erant cauſa electionis, non licuit Paulo dicere, Non ex operibus.

Quid? quod Paulus vidit hanc de Electione ſententiã abhorrere à judicio rationis, ideo argumentum à ratione ſumtum objicit: *Quid dicemus? Namquid injuſtitia eſt apud*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

pud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor cujus miſertus fuero, & commiſerabor, quem commiſeratus fuero. Hoc argumento nihil opus erat ſi Paulus ſenſiſſet merita noſtra cauſam Electionis eſſe. Dicat enim aliquis: Si David & Saul juxta nihil merentur. Iniquus igitur eſt Deus, qui hunc eligit, illum non eligit? Non videtur hæc inæqualitas & προσωποληψία in optimam Dei naturam cadere. Si merita omnium paria ſunt, cur non ſunt paria præmia, aut pares pœnæ? Iudicem maximè decet æqualitas. Sic enim inquiunt Græci: ἶσα πόλεμον οὐ ποιεῖ. Paulus mitigat hanc objectionem hoc modo:

Deus non reddit paria paribus,
Ergo videtur eſſe injuſtitia.

In hoc argumento Major diſtinguenda erit. Iuſtitia eſt reddere paria, cùm debitum ſolvitur. Nam in DONANDO nihil opus eſt paria dare paribus. Minor non cohæret cum Majore. Major enim loquitur de debito. Minor loquitur de beneficiis, quæ gratis donantur. Deus non reddit paria, ſcilicet, quia quibuſdam DONAT ſalutem. Tunc accuſari juſtitia poſſet, ſi Deus deberet hoc beneficium omnibus, ſed quia non debet, non eſt injuſtitia, quod aliquos liberet. Miſericordia magis eſt, ut ſi Princeps eximat pœnæ aliquos condemnatos, clementia erit. Interim non eſt injuſtus, ſi reliquos ſimiliter condemnatos non eximat pœnæ. Diluit igitur Paulus objectionem per tranſlationem: Eligere eſt miſericordiæ, non eſt debitum. Igitur accuſari Iuſtitia non poteſt: & citat locum Exodi, ut oſtendat gratis donatum beneficium eſſe, non debitum: *Miſerebor*, &c. Addit Epilogum, in quo ponit principalem propoſitionem hujus Diſputationis. Nam in Epilogis repetuntur propoſitiones, imò interdum initio diſſimulata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

mulata Propoſitio, primum in Concluſione clarè ponitur. Id hîc factum eſt. Igitur *non eſt volentis nec currentis, ſed miſerentis Dei eſt.* Non nos meremur eligi voluntate aut curſu, hoc eſt, operibus noſtris, ſed beneficium eſt miſericordia Dei gratis donatum. Poſteà citat aliud teſtimonium, quo probat non eſſe noſtrarum virium, mereri ſalutem. *Dicit enim Scriptura Pharaoni: In hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra,* Hujus conſequens eſt: Ergo, *cujus vult miſeretur, & quem vult indurat,* id eſt, non eſt noſtrarum vitium Iuſtificatio, ſed miſericordia Dei. Cùm non miſeretur Deus, perſeverant in impietate homines. Hîc iterum inſerit objectionem: Videtur enim extremè abſurdum, dicere quod non ſit noſtrarum virium juſtificatio. Si nos non poſſumus juſtificari, niſi contingat miſericordia. Et miſericordiam Deus non impertit hominibus. *Cur igitur accuſat nos Deus?* Inclemens eſt qui impoſſibilia exigit, qui punit homines cùm videatur culpa abeſſe, quia non poſſunt benè facere. *Dices ergo mihi,* inquit, *Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis reſiſtat?* Nihil reſpondet ad hanc objectionem, ſed repudiat eam veluti indignam. *O homo, tu quis es, qui ex adverſo reſponſas Deo? Num quid dicet figmentum ei, qui ſe finxerit: Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus in lutum, ut ex eadem maſſa faciat aliud quidem vas in honorem, aliud verò ad dedecus?* Hanc figuram vocant ἀποδίωξιν cum argumento difficili nolumus reſpondere, & ut videamur conſultò prætetire, rejicimus tanquam intempeſtivum aut indignum. Ita hîc Paulus ſignificat indignam eſſe objectionem: Ait nos non debere expoſtulare cum Deo, quia Deo liceat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

uti creaturis pro arbitrio. Addit de luto & figulo ſimilitudinem,ut fiat clarior ratio repudiatæ objectionis, videlicet quod nihil debeat nobis Deus,quare non debeamus eum accuſare,& tanquam in jus vocare.

Item in cap.Iohannis ſextum edit. anni 1542. pag.44.ſic habet Melanthon: Nemo poteſt venire ad me,niſi Pater qui me miſit,traxerit ipſum, id eſt: *Ideò non creditis, quia à Patre non trahimini.* Contra liberum arbitrium nihil potuit aptiùs dici, quod illi tantùm ad Chriſtum veniant, quos dat ei Pater, ſeu quos trahit Pater , ſicut poſteà dicit, ſeu quos docet Pater. Patrem dare Filio, eſt eligere. Patrem trahere vel docere , eſt cognitionem Chriſti donare , id eſt, docere judicium & juſtitiam. Iudicium in eo quod cor ſentit omnia noſtra damnabilia eſſe. Iuſtificari autem nos gratiâ per Ieſum Chriſtum , quem pro nobis dedit Pater. Porrò illud docere non eſt litera,ſed eſt Spiritus & vita in corde. Nam & Iudæi literam audiebant, & nunc audiunt omnes impij. Quid autem ſit fides & Iuſtitia,non aſcendit in cor hominis,Eſa.64.Vides itaque NIHIL PRORSUS tribui Libero Arbitrio, aut viribus humanis.Porrò ſi offendit Prædeſtinatione,fac ut illi.2.Reg. 10. Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo , Dominus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo. Hoc faciendum eſt,quod præcepit Deus,non quod vetuit,præcepit autem credi in Chriſtum, Mat.3. Hic eſt Filius meus dilectus, hunc audite. Prædeſtinationem autem non voluit ſciri,2.Tim.2.Dominus novit qui ſint ejus.Item quia eadem eſt voluntas Patris quæ Chriſti, ex Chriſti voluntate Patris voluntas cognoſcenda eſt. Chriſtus autem inquit: Venite ad me omnes qui laboratis. Ergo & Patris

voluntas

voluntas eſt reficere *omnes laborantes*, id quod hîc etiam adjecit Chriſtus: Hæc eſt voluntas Patris, ut QVI CREDVNT, ſalvi fiant. De voluntate Patris noli hæſitare, ſi FILIO CREDIS. *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Propter puſillanimes dicit, qui conſpicientes magnitudinem peccati ſui, non audent credere. Item propter eos, qui, quanquam jam cœperint credere, tamen in tentatione labaſcunt, ubi ſe putant deſeri, atque ideò perituros. *Atque hæc eſt cõſolatio quam à prædeſtinatione petimus ſciri, quod in manu divina ſimus. Sic conſolatur Apoſtolus, Rom. 8. Si in manu Dei ſumus, cadere non poſſumus.*

Item in cap. Iohannis primum pag. 8. in illa verba: Non erat ille Lux. Hîc vides, quod cùm ſolus Chriſtus Lux ſit, & cum nova illuminatione opus habeamus, MERVM MENDACIVM, MERA IGNORANTIA Dei ſit *commentum* de Libero Arbitrio. Non doctor, ſed effector ſalutis eſt Chriſtus, quod ſi doctor tantùm eſſet, & Iohannes & omnes alij Prophetæ Lux eſſent. Nunc cùm Iohannes non illuminet, qui tamen docet, novo certè lumine opus habemus, quod non doctrina, ſed CREATIO NOVI CORDIS ſit. Obſerva itaque accuratiſſimè Iohannis & Chriſti collationem, ut intelligas novum lumen in cordibus noſtris creari oportere.

Illuminat omnem hominem, inquit Euangeliſta. Primò, NON OMNES illuminari palã eſt; quæ ergo hujus loci ſententia eſt? Quidam elapſi ſunt hoc modo, ut intelligerẽt, quod ſicut Sol ſuper omnes exoritur, & effundit radios ſuos, quanquam cœci non videant, ita Euangelium etiam exoriatur ſupra impios, quanquam non capiunt. Iuxta illud: Audite audientes, & nolite intelligere. Sed ita ex

Chriſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Chriſto doctorem feceris, quod repugnat ordini ſententiæ hoc loco. Nam hîc certè illuminationem pro novi luminis conditione accepit. Secundo illuminari hîc non debere accipi pro docere, ſicut ſophiſtę intellexerunt, palam eſt, nam alioqui etiam Iohannes & omnes Prophetæ lux fuerint. Tertiò non ſenſiſſe Euangeliſtam, quod *omnes* illuminentur, ex eo apparet quod ait: *Et tenebræ eum non comprehenderunt:* Item: *Mundus eum non cognovit*. Itē: *Sui non receperunt eum*: certè recepturi, ſi fuiſſent illuminati: juxta illud 1. Cor. 2. *Si cognoviſſent, haudquaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Quartò, ideo ſimpliciter dicamus id, quod ſentit Auguſtinus, & hujus textus ordo evincit, voluiſſe Euangeliſtam, ſolum Chriſtum eſſe lucē, qui ſolus illuminat QVOTQVOT illuminantur. Vt ſi dicas de unico aliquo in urbe doctore, *hic omnes docet in hac urbe*, id eſt, quotquot in hac urbe docentur, hujus opera docentur. ut Rom. 5. Paulus, ubi docere vult, quod ſolus Chriſtus juſtificet, dicit, unius juſtitiam in OMNES, id eſt, nemo juſtificatur, niſi per unum Chriſtum: Et infra: *De plenitudine ejus accepimus* OMNES. Ita hîc Iohannes in collatione Prophetarum cum Chriſto (nam & illi lux videri poterant) ait: Non erat ille lux, ſed Chriſtus Lux *eſt*, qui cum Iohannem tum OMNES illuminat: ita ut, niſi ipſe illuminet, nemo illuminetur. Breviter ſi mihi pro *Libero arbitrio* citent hunc locum *ſophiſtæ*, nullo fortiore eos oppugnaturus ſum, quàm hoc ipſo hujus Euangelij principio. Atque hoc potiſſimum hinc diſces, Chriſtum Lucem eſſe, quæ illuminet, id eſt, novum lumen CREAT in cordibus ELECTORVM, ſine quo novo lumine, merę tenebrę, ignorantia mera LVMEN NATVRAE eſt. Nam qui credunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

in Chriſtum, mortem non guſtabũt, quia illuminati, ideóque etiam vivificati, & tranſibunt per mortem ſine ullo mortis ſenſu.

In idem caput in illa verba: Qui non ex ſanguinibus, &c: pag. 116. Cùm dicit, non ex ſanguinibus naſci filios Dei, damnat *in totum* veterem nativitatem, adeoque & *omnes vires naturæ,* quæ naturali propagatione transfunduntur in ſobolem. Proinde Lumen Naturæ, Liberum arbitriũ, NIHIL NISI IMPIA VOCABVLA ſunt.

Citat D. Pezelius locum ſatis clarum ex annotationibus Philippi in Epiſt. ad Romanos pag. 30. partis ultimæ argumentorũ Philip. Senſui Spiritus, *inquit Philippus,* arridet & *grata* eſt Prædeſtinationis neceſſitas: contra verò ſenſui carnis odioſa. Sẽſui Spiritus *ſolatio* eſt: ſenſui carnis terrori. Quoad ergò vivitur, priuſquam ſenſus carnis prorſus mortificatus eſt, nunquam non offendimur iſta Prædeſtinationis neceſſitate (neceſſitatem (addit Pezelius) vocat immutabilitatem) Quia ſemper ei repugnat ſenſus carnis, qui ſua quærit, non quæ Dei. *Et rurſus:* Certè miſericordiam Dei docet Prædeſtinationis neceſſitas, in eo quod citra ulla merita quidam eliguntur: Iram Dei in eo quod multi *non eripiuntur: Item:* Carnis ſenſus huic ſententiæ refragatur. Sed is ſcripturis frangendus eſt. Et, qui jam mortificatur & terretur, benè habet. Super quem enim, ait Dominus, requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper trementem ſermones meos? *Et iterum:* Si quæras: Quandoquidem nullo noſtrorum meritorum reſpectu ſalvat Deus, quare hunc, & non alium eligit, cùm omnes juxta peccatores naſcãtur? Reſpondeo. Hæc ſumma eſt quæſtio prudentiæ carnis, & ei Paulus occurrit: *ô homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Nam cùm hoc facit Deus ad ſuam gloriam, caro offenditur, quod Deus ſuam gloriam potius quærit quàm noſtrã ſalutem. (Ita enim carni noſtræ videtur) Ecce ſic ſalutem ſuam natura nõ propter gloriam Dei, ſed propter ſe quærit. Senſus carnis mortificatur terrore prædeſtinationis, propter quod ſalutare eſt terreri. Nam qui terrentur, ſitim aliquam beatitudinis ſentiunt, & repugnantiam Spiritus & carnis. Qui verò non ſitiunt beatitudinem, hi certè malo loco, id eſt, ſtatu ſunt, ſed de hoc docebit fides.

Non pigebit adijcere alium illuſtrem & notatu dignum locum, quem idem D. Pezelius ex libello Melanthonis de formandis concionibus, adfert in loco de viribus liberi arbitrij in converſione p. 311. verba D. Melanthonis hæc ſunt:

Magna quæſtio eſt: Num ſit in homine Liberum arbitrium, quo ſe comparet ad gratiam. Verum nos ſic ſentimus: Fidem non noſtris viribus parari, ſed eſſe SVMMVM & maximum Spiritus ſancti OPVS & DONVM, neque poſſe ita omnibus Dei verbis aſſentiri cor, niſi DIVINA VI excitetur. Sic David orat: CREA in me Deus cor mundum. Spiritus Sancti hoc opus eſt noſtra corda infidelitate & impietate *oppreſſa evolvere, ſicq́; parare, ut certò aſſentiri verbis Dei poſſint.* Videmus igitur quam LONGE ERRENT iſti, qui *ſe ad Gratiam parare volunt*, cùm hoc TOTVM Spiritus S. ſit opus. Quemadmodum igitur nunquam niſi artificis manus accedat, è cæſa materia domus fit: ſic quoque niſi cor prius à Spiritu S. ceu rudis materia ſolet, *formetur & innovetur*, non poteſt credere Deo. Et ne quis ſe hîc fallat, ratio illa naturalia dona, quæ habet, non poteſt exuere: oculi vident, aures audiunt, animus cogitat, affectus impellunt, & ſi quæ ſunt aliæ actiones in corpore humano,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

no, illæ eximi non omnes poſſunt. Iam fides hoc agit, ut contra quam oculi vident, contra quam aures audiunt, quam ratio colligit, aliquid ſtatuat. In exemplo hoc erit clarius. Videt Ezechias ingentem Aſſyrii exercitum jam ferè ipſis portis inſiſtere, audit blaſphemias ab impio Rabſace, legit literas: ipſe ſuam infirmitatem & quod neutiquam tantis copiis par eſſe poſſit, colligit. Contra tamen omnia illa ſic ſentit: Nemo eſt qui te oppugnat, hoc quod vides non eſt exercitus armatorum, ſed ſunt culmi agrorum, convitia iſta Rabſacis ſunt fabulæ ementitæ de iis, quæ in alio cogitantur mundo. Et ſanè ſi hæc ſine verbo ſtatueret Ezechias, inſanus meritò videri queat. Et apparet mundum nihil aliud judicare fidem, quàm inſaniam & furorem ex vino conceptum. Habet autem Ezechias verbum, illi innititur contra omnem rationem & ſenſum, adeò prorſus immutatur & novatur cor. Neque eſt quod putemus noſtris viribus effici fidem, cum ea omnes noſtras vires & excellẽtiſſima in homine dona vincat & mutet. Spiritus Sanctus primò cognitione peccati terret animos: poſt cum deſperatione luctantibus verbũ aliquod offert, quod ita animis imprimit, ut, ceu in lapides impreſſæ notæ, evelli denuò non poſſint. Illud verbum ſic eſt in corde efficax, ut Satanam, peccatum, mortem, & quicquid malorum eſt, vincat. *Quid præclariùs & clariùs poſſet dici?*

III. Opponimus hiſtoricam narrationem, quam habet D. Pezelius eodem volumine pag. 97. Verba Pezelij habent, ut ſequitur.

Eſt etiam adhuc in vivis vir gravis & doctus, & ſenex venerandus, D. Mauritius Hellingus, Eccleſiæ Norimber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

genſis Superintendens, ex quo ſermonem hunc audire me memini. Narrabat ſe D. Philippo ex ædibus ſuis in templum eunti aliquando comitem fuiſſe, ubi cùm mentio diſputationis hujus facta eſſet, D. Philippus inter Flaccij, Calvini, & ſuas explicationes in hoc articulo ejuſmodi inſtituerit: Calvinus dicit eſſe certum numerum prædeſtinatorum, & eos qui ſunt in iſto numero, poſſe converti & ſalvari, quia prędeſtinati ſint: Nihilominus tamen vult, ut omnes audiant, legant, meditentur verbum, ei aſſentiantur, orent, &c: Iſta ſunt tolerabilia: PROCEDVNT AVTEM A PRIORE. Flaccius prorſus inſanit, qui dicit homines in converſione etiam audito verbo ſe habere hoſtiliter & repugnativè, & fingit converſionem quandam ſubitam ſine motu & luctâ voluntatis, QVAE SIT MVTATIO SVBSTANTIAE ANIMAE. Ego ordior à verbo patefacto, & quia omnia mea refero ad *cætum vocatorum*, & ad hos QVI CONSOLATIONEM EXPETVNT, dico utramque concionem eſſe univerſalem: Omnes homines arguuntur propter peccata, & ſimul omnibus annunciatur remiſſio peccatorum. Iubeo igitur omnes agere pœnitentiam, & credere in Chriſtum, & ſe includere in promiſſionem univerſalem: Nec volo eos IN SENSV iræ Dei & MAGNIS TERRORIBVS ortis ab agnitione peccatorũ diſputare de particularitate electionis, vel indignitate ſua: ſed aſſentiri verbo, & petere à Deo auxilium. Et in his ipſis *initijs* quãtumvis languidis dico eos proficere debere, & creſcere in fide, & PAVLATIM AC QVASI PER GRADVS A VERBO AD ÆTERNAM DEI PRÆDESTINATIONEM ASCENDERE, QVÆ FIRMAM & STABILEM SALVTEM NOSTRAM REDDIT. Præterea in magnis illis tentationibus, *non tam ab effectis*, quæ in nobis

ſentimus,

ſentimus, quàm ex ipſo verbo patefacto jubeo eos, qui ſuam infirmitatem ſentiunt, petere conſolationis certitudinem. Nam in magnis doloribus ſuperat ſæpè ſenſus iræ Dei *ſenſum novorũ & ſpiritualium motuum* in nobis. Itaque ſi *ad ſenſum regenerationis ac renovationis* tum recurrendum ſit, mergerentur animi in deſperationem. Verùm ubi fides intuens verbum nebulas illas plenas dubitationum ac deſperationum non ſine lucta vicit, tum demum creſcit, & paulatim firmior fit conſolatio, & ſentiũtur magìs magiſque novi motus accenſi in corde. Prima tamen certitudo, à qua fidei victoria exiſtit, à verbo eſt petenda, ſicut in Pſalmo dicitur: *Anima mea ſperavit in Domino. In verbo ejus ſperavit.* Hæc ad D. Mauritium Hellingum, tum D. Philippus. Qui quod hunc & non alium ſcopum habuerit ſuarum explicationum (videlicet non ut rejiceret in univerſum ſobriam & modeſtam cõſiderationem æternæ prædeſtinationis: ſed ut monſtraret, quomodo his cõſulendum ſit, qui ſunt in cœtu vocatorum, & in ſummis tentationibus expetunt conſolationem certam) tum ea quæ ſupra argumento 8. & ſequentibus recitata ſunt ex D. Philippi ſcriptis, oſtendunt, tum hæc etiam declarant, quæ ex poſtremis enarrationibus ipſius ſubjiciam: *hic ſequitur locus paulò ſupra citatus. Hactenus D. Pezelius.*

IV. Denique opponimus ipſius Melanthonis verè Melanthonianam, id eſt, modeſtam, ſinceram, et apertam confeſſionem. Sic ſcribit in Epiſtola ad Calvinum de hac materia: ET QVIDEM SCIO HÆC CVM TVIS CONGRVERE, ſed mea ſunt παχύτερα, *i. craſſiora ſive rudiora,* & *ad uſum accommodata. Hæc Bonnæ ſcripſi apud D. Bucerum.*

Addo, quod de ſententia Lutheri ſincerè & familiariter ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

pſit ad ipſum Eraſmum in epiſtola quadam, quæ extat in libello tertio Epiſtolarum Philippicarum edita à C. Pezelio. Scripſit autem iſtam Epiſtolam poſt editam & lectam à ſe Eraſmi de libero arbitrio Diatriben contra Lutherum. Ibi de hoc ſcripto Eraſmi loquens, ſic eum affatur:

Mihi Lutheri erga te benevolentia perſpecta eſt. Ea ſpem facit ſimpliciter reſponſurum eſſe. Viciſſim officii tui eſt, mi Eraſme, cavere ne quâ majore invidiâ *hæc cauſa* per te gravetur, CVI primùm SACRAE LITERAE SVFFRAGANTVR NON OBSCVRE. deinde quam ipſe nondum damnâris: ut contra conſcientiam etiam facturus videare, ſi oppugnes vehementiùs.

Et in eadem Epiſtola.

Nam cùm in ſumma diſputationes Lutheri omnes *partim ad Liberi arbitrij quæſtionem* pertineant, partim uſum ceremoniarum contineant, *de priori* jam olim animadverti *te diſſidere.* At de poſteriore magna ex parte convenit, quæ cum tuo judicio ſit aliqua Euangelii pars, videndum tibi certè ne patiare opprimi. Quidam ex Philoſophis dicere ſolebat, dextrâ ſe tradere Philoſophię præcepta, verum hæc ſiniſtrâ excipi à Diſcipulis. Fit hoc multò verius in Theologicis! Sed eſt iniquiſſimum *doctrinæ* imputare, quicquid peccant auditores. Quare te rogo, mi Eraſme, primùm ne credas Lutherum cum ijs facere, quorum meritò reprehunduntur mores, deinde ne *doctrinæ* propter cujuſquam ſtultitiam aut temeritatem iniquior ſis.

Et paulo pòſt:

Ego integrâ conſcientiâ dogmata Lutheri (intelligit ea de Libero arbitrio, ut ex ſuperioribus patet) *non poſſum damnare,* facturus id etiam fortiter, ſi cogant ſacræ literæ. Quod

ſive

ſive ſuperſtitionem, ſive ſtultitiam, alii interpretentur, mea nihil refert. *Certè nec hominum authoritate, nec ſcandalis ullis revocari me ab hac ſententia patiar.*

Hæc in gratiam ſtudioſi Lectoris, qui iſta Melanthonis aut Pezelij volumina non habet, deſcribere duximus operæ pretiũ. Conferantur ea cum proceſſu Arminij, Bertij & Remonſtrantium, qui doctrinam Calvini ut impiam & blaſphemam oppugnant & evertere ſtudent. Si quis plura deſiderat, conſulat tomos varios argumentorum Philippicorum, editos à D. Pezelio, ubi facilè inveniet, quomodo ſingula hæc GROTII allegata de mente Philippi ſanè & candidè ſint explicanda. Docetur ibi Philippum promiſcuè uſurpaſſe vocem reprobationis & damnationis, Electionis & ejuſdem declarationis, promiſſionum univerſalitatem, & unius voluntatis divinæ in ſalvando immutabilitatem reſtrinxiſſe ad omnes, ſolos & ſingulos credentes, *ad Chriſtum confugientes, promiſſa* apprehendentes, *ut ipſum habet Grotij allegatum: Stoiciſmum, Manichæiſmum, Euthuſiaſmum nequaquam tribuiſſe Calvino, ſed Flaccio, Anabaptiſtis, Snencfeldianis, &c. qui aut mutationem ſubſtantiæ ſomniant, aut ad violentos & ſimulatos raptus & afflatus à verbo abducunt, aut prophanam quandam fatalitatẽ inducunt. prædeſtinationem non evertere fidem & preces, ſed ſolari et ſtabilire pias mentes: ſecuros eſſe, & timore Dei vacuos, qui ſuperentur à Satana, &* prorſus *deficiant, non ſuperari qui habent vera & genuina timoris Dei initia, & exercitijs pietatis incumbunt, immenſum eſſe diſcrimen inter Davidem & Saulem: diſtinguendum eſſe inter voluntatem prorſus adhuc* mortuam *ad bonum cæleſte, & voluntatem* renaſcentem, *& ubi* jam *lux aliqua à Spiritu eſt accenſa in corde, & tractio Dei inchoata, ut poſſit luctari, velle* incipere *& aſſentiri: decretum Tridentinum de*

dubi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

dubitationibus eſſe prorſus impium : & alia ejus generis.

Libet hic addere obſervationes quaſdam quæ extant in harmonia Confeſſionum editâ nomine Eccleſiarum Gallicarum & Belgicarum , pertinentes ad quædam à Grotio citata , ut 1. ad hæc verba Auguſtanæ confeſſionis : Efficitur autem ſpiritualis Iuſtitia in nobis cùm adjuvamur à Spiritu. *Et mox:* In his certè opus eſt nos regi & juvari à Spiritu S. ſicut Paulus inquit: Spiritus adjuvat infirmitatẽ noſtram, *&c. Hæc intellige* (habet obſervatio) *non de* naturali *facultate, quæ ad verè bona nulla eſt : ſed de* regenerata *voluntate* imbecilla, *niſi alterâ gratiâ ad finem uſque adjuvetur. Et ſic etiam intelligatur quod poſteà dicitur:* Humanâ naturâ non poſſe ſatisfieri legi Dei, *videlicet etiam* innovatâ.

2. ad hæc verba: Damnant Anabaptiſtas, qui negant ſemel Iuſtificatos, iterum poſſe amittere Spiritũ Sanctum, &c. Damnamus & nos (*habet obſervatio*) Anabaptiſtas, quamvis negemus ſemel juſtificatos, omninò amittere Spiritum S. ſed nequaquam ut illi negant : Confundunt enim Spiritum ſanctum non modò cum carnis Spiritu , ſed etiam cum Satanicis , quibus agitantur furoribus. Denique neque quid ſit fides , neque qui ſint verè juſtificati, intelligunt, aut intelligere volunt. Nos verò & Spiritum ſanctum ex Dei verbo, id eſt, Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis, à Spiritu tenebrarum , etiam ſeſe in Angelum lucis transformante, diſcernendum docemus. Et ejuſdem dona ἀμεταμέλητα (Spiritum videlicet adoptionis & πληροφορίας electis & verè juſtificatis proprium) à donis temporariis (cujuſmodi eſt etiam illud fidei veræ ſimulachrum, fides videlicet πρόσκαιρος) diſtinguimus. Nec ipſorum etiam donorum ἀμεταμελήτων motus interrumpi, ac penè interdum extingui

tingui negamus, ſed ita ut ipſa vera radix, ſemel inſita in verè juſtificatis ἀμεταμελήτως ad extremum perſeveret.

Similiter ad Saxonicam *Confeßionem, ſic habet obſervatio:* Quod in hac confeſſione tum hîc tũ alibi, atq; etiã in *Auguſtana* aliquoties repetitur *de excußione & amißione Spiritus Sancti.* Nos ſic accipimus, ut hoc primum de donis intelligatur, quæ in ipſos quoque nihil prorſus ad Eccleſiam pertinentes conferuntur (ut in Socrate, Ariſtide, Cicerone & aliis nonnullis magnarum virtutum ſcintillæ, fulſerunt) Deinde etiam de donis in eos collatis, qui ſic ſunt in Eccleſia, ut tamen de Eccleſia non ſint, nec verè Spiritu adoptionis regenerati, ut in Saulis & Iudæ aliorumque ejuſmodi exemplis apparet. Quod autem ad illum Iuſtificationis Spiritum, qui eſt in ſolis verè renatis, attinet, nunquam eis penitus adimitur, verum ipſius duntaxat συνεργεῖα, cupiditatibus regnantibus, ad tempus interrumpitur: ſicut ebrietas non mentem ipſam, ſed mentis tantùm uſum ad tempus aufert.

Concludamus itaque hanc annotationem hoc Syllogiſmo:

Qui ſententiam Lutheri & Calvini in quibuſdam ſcriptis ”
tradidit plenè & apertè *à priori*, in nõnullis autem pro- ”
lixè eum inculcat *à poſteriori*, & quidem *ea ratione* atq; ”
adeò molliter, ut interdum videatur à priore ſenten- ”
tia deflectere, nunquam autem ſententiam Calvini ”
palam impugnavit, ſed è contrario faſſus eſt ſuam cum ”
ea congruere, Is *aut* cum iſtis doctoribus ſenſit, & ex ”
ſingulari quodam pietatis ſtudio (quod optandum eſ- ”
ſet omnibus à Domino) admodum fuit ſollicitus de ”
pio uſu iſtius ſententiæ, *aut* laboravit nimio quodam ”
metu abuſus, & defectu parreſiæ requiſitæ in tanto ve- ”
ritatis doctore, *aut* denique fluctuavit: hoſtis autem & ”

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

" adverſarius illius ſententiæ non fuit:
" At D. Melanthon ita ſe geſſit in hac doctrina, ut liquet ex
" allatis teſtimoniis:
" Ergo &c.

Sit penes æquum Lectorem judicium, an amplius quid ex ſcriptis Melanthonis poſſit elici aut concludi, niſi libeat prævaricari & indulgere affectui inordinato.

TEXTUS D. GROTII.

Filium Dei offerri miſericordiam apprehendentibus. Cauſſam reprobationis eſſe pertinaciam adverſus Filium. Removendas eſſe à Paulo Stoicas diſputationes, quæ fidem & invocationem evertunt : quomodo enim, inquit, *poteſt Saul credere aut invocare, quum dubitat promiſſionem ad ſe pertinere, aut cum obrepit tabula Parcarum: jam decretum eſt, te rejiciendum eſſe, non es ſcriptus in numero Electorum?* Hæc de Prædeſtinatione. De reconciliatione autem per mortem Chriſti, impetratam eam omnibus, manifeſtè ſentit, quum non patitur illas ſententias, *Sic Deus dilexit mundum*, &, *concluſit omnes ſub peccatum ut omnium miſereretur*, non univerſaliter ſumi. Gratiæ reſiſti poſſe non dubitavit: citat enim toties illud Baſilij, μόνον θέλησον, καὶ θεὸς προαπαντᾷ. *Tu velis tãtum & Deus obviam præcurrit*. Et Chryſoſtomi, ὁ δὲ ἕλκων βουλόμενον ἕλκει: *Qui trahit, volentem trahit*. contrariam ſententiam Manichæam & Enthuſiaſticam vocat. Tres ait bonæ actionis cauſſas concurrere, verbum Dei, Spiritum Sanctum, & humanam voluntatem, aſſentientem, nec repugnantem verbo Dei: *poſſet enim*, inquit, *excutere*. Et veteres citat, qui *liberum arbitrium eſſe* dixerunt *facultatem in homine applicandi ſe ad gratiam*. Perſeverationem quoque non omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

nium eſſe credentium apertè ſtatuit, quum amitti gratiā, fidem, Spiritum Sanctum, toties inculcat. Non probavit hæc Calvinus: extant enim ἀμοιβαῖοι *mutuæ* utriuſque hoc de argumēto epiſtolæ, attamen, quum locorum communium Melanchthonis liber, in quo exſtant citatæ modò ſententiæ Gallico ſermone ederetur, honeſtiſſimum Calvinus teſtimonium & auctori & libro præbuit, ac de illiſipſis controverſiis agens, quum judicium Philippi probare ipſe non poſſet, excuſavit tamen. Hic iterum 102 interrogo 103 rigidos iſtos Cenſores, qui tolerabile nihil pu-

ANNOTATIONES.

102 *Reſponſum eſt notâ 101. item 69. & 48. A Melanthone & temporis iſtius conditione ad Novatores, & præſentem Eccleſiæ Belgicæ conditionem non eſt proba conſequentia. Ipſe Melanthon talem conſequentiā repudiat lib. de Eccleſia:* Conſtat, *inquit*, multos abuſus illa ætate jam hæſiſſe in Eccleſiâ, quorum etſi aliquibus adverſatus eſt Auguſtinus, tamen aliquos boni conſuluit, qui poſtquam retecti ſunt, non debent defendi: *Item*, Nec valet, *inquit*, conſequentia: Auguſtinus jubet ad altare precationem fieri pro matre: Ergò approbandæ ſunt miſſæ pro mortuis, &c. *Item: Etiamſi veterum exempla ſuo tempore diſſimulata ſunt, tamen nunc ad confirmandos majores abuſus nequaquam accommodari debent. Fac erraſſe vel fluctuaſſe Melanthonem, non ſuaſit ut errantem ſequerentur poſteri.* 103 *Imo æquos & candidos rerum æſtimatores, qui nôrunt diſcernere inter Melanthonē et Arminium ejuſque ſectatores. quam verò tu, D. Groti, rigidus ſis Cenſor in D. Sibrandū & alios orthodoxos, patet ex tua hac Oratione. Imò intolerādus eſt hic tuus rigor, quod Melanthonem parcū in hiſce & timidum accuſas Arminianiſmi, ubi ille Calvini, Buceri, quin & ipſius Lutheri doctrinam tam hoſtiliter unquam oppugnavit, atque hodiè faciunt Novatores.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tant,niſi quod ipſis placet, an ſi viveret Melanchthon,ſi ad nos veniret, docendi poteſtatem illi eſſent negaturi, quem & chariſſimum & venerandum Fratrem 104 Calvinus agnovit,cujus ſcripta tantoperè commendavit? quem

ANNOTATIONES.

104 *Et meritò, credebat enim Melanthonem alium in docendo ordinē ſervare, non quod reuera diſſentiret, ſed quod naturâ alias timidior nimis (quam ipſe fecit Spiritus S.) metueret offendiculum infirmorum et abuſum hominum carnalium. n Epiſtola ad Melanthonem ſic ſcribit:* Cùm res adeo plana ſit, te ex animi ſenſu prorſus diverſum tradere nemo erit ſani judicii, cui perſuadeas. *Sed quanti viciſſim Calvinum fecit Melanthon? hæc ſunt ejus verba de Calvino in Epiſt. ad ipſum:* Magnoperè gaudeo divinitus te ad Euangelii explicationem excitatū eſſe *&c:* Hæc non ſcribo ut tibi tradam dictata, homini & eruditiſſimo ac peritiſſimo exercitiorū pietatis. Et quidem ſcio hæc cum tuis congruere, ſed ſunt παχύτερα. i. rudiora, &c. *Si libet hodiernos Novatores hac in parte comparare cum Melanthone, reperies diſſonantiam δὶς διὰ πασῶν. Vel hoc ſolum nomine plerique odium alicui conflant, quod Calvini & Bezæ ſit ſtudioſus: quin etiam in eo toti ſunt, ut hos Dei ſervos velut Turcis & Maranis crudeliores, totoſq; ſanguinarios plebi reddant exoſos, & apud multos hoc jam dedere effectum, ut ab ipſo horum Doctorum nomine abhorreant, uti quotidiana teſtatur experientia. videat Lector inter alia quamplurima hujus farinæ ſcripta, Campanam incendiariam, Perſpicillum cryſtallinum, &c: nec mitiùs hoc genus hominum tractaret ipſum Magnæ Britanniæ Regem, niſi faſtigium formidaret Regium.*

niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

niſi plenis reverentię vocibus vix unquam nominavit Beza? Sed *105* evolvantur ipſæ Eccleſiarum in ſumma fidei nobiſcum conſentientium Confeſſiones. Aliæ quæſtiones de Prædeſtinatione omittunt, aliæ omitti etiam jubent. De promiſſionibus univerſalibus, quas ſinguli applicare ſibi teneantur, multa in multis mentio: negant alię eſſe hominem in regeneratione merè patientem. Auguſtana, *106* damnat Anabaptiſtas, qui negant, ſemel juſtificatos iterum poſſe amittere Spiritum Sanctum. Vetus Anglicana Eduardi Regis affirmabat, decretum Prædeſtinationis nobis eſſe *107* incognitum: nec ita pridem quum

ANNOTATIONES:

105 *Evolvantur. Quis auſit diffiteri inter Eccleſias Anglicas, Gallicas, Helveticas, & multas in Germania manifeſtum in hac doctrina eſſe conſenſum, quem ipſis Confeſſionibus & ſcriptis alijs quamplurimis ſunt teſtatæ?*

106 *Damnant etiam eos Orthodoxi. Poteſt verborũ quædam ſimilitudo occurrere in ſenſu diverſiſſimo. De hoc pronunciato videat Lector obſervationes in Harmoniam Confeſſionum B ij. vide notam 101.*

107 *Quis hoc negat ſenſu ſano? ſunt enim imperveſtigabiles viæ Domini, & quis fuit ejus conſiliarius? Rom. 11. Eadem interim confeſſio aſſerit tradi in Scriptura Sacra tale prædeſtinationis decretum, quale Eccleſiæ Belgicæ agnoſcunt,* ejuſque conſiderationem iis, qui vim Spiritus Chriſti ſentiunt, eſſe dulcem, ſuavem, & ineffabilis conſolationis pleniſſimam, eo quod fidem noſtram de æterna ſalute conſequenda plurimùm ſtabiliat. *vide ſcripta Anglicana edita à D. Thyſio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ab auctoribus Lambethanarum Aſſertionum Whitakerus firmandæ ſententiæ ſuæ poſtulaſſet probari hoc effatum; Fidem veram ac Iuſtificantem non amitti, *108* additæ ſunt ab illis voces duæ, in electis, ſine quo additamēto tutò concedi iſtud ἀξίωμα *Enunciatum* non poſſe arbitrabantur. Nemo Calvini ſentētiam animoſius defendit Wilhelmo Perkinſio: Idem tamen fatetur, dogma illorum quos Lutheranos vocat, de Vniverſali electione omnium hominum non tale eſſe, quod fundamentum ſubvertat: & eorum cœtus eſſe veras Dei Eccleſias *109* agno-

ANNOTATIONES.

108 *Articulus Lambethanus ſic habet*: Vera, viva, juſtificans fides & Spiritus Dei ſanctificans non extinguitur, non excidit, non evaneſcit in Electis, aut finaliter aut totaliter. *quis hinc colligat Auctores hujus articuli voluiſſe iſtis vocibus* (in Electis) *iudicare, quod etiam* in reprobis *locum habeant vera, viva, juſtificans fides & Spiritus ſanctificans? Nugæ. Notant veræ fidei & Spiritus ſanctificantis propriū ſubiectum, Sed quâ fide Remonſtrantes ſoleant provocare ad exemplum et conſenſum Eccleſiæ Anglicanæ, præterquam quod ex ipſa Regia Declaratione eſt manifeſtum, jam omnibus abundè innotuit ex ſcriptis Anglicanis, & narratione hiſtoricâ nuper magno noſtrarum Ecclèſiarum bono editis à D. Thyſio Hardrovici Sacrarū literarum Profeſſore.* 109 *Quorſum hæc? Non parvum eſt inter Lutheranos & Arminianos diſcrimen: ſed an ex hac Perkinſij confeſſione ſequitur, eas Eccleſias, quæ in puriore doctrina hactenus fuere concordes, iam debere à ſua puritate recedere, &* ἑτεροδοξίαν *admittere, cùm videamus Principes orthoxos in ſuis ditionibus pro virili dare operam, ut in locum Lutheranorum, quos vocant, ſubſtituantur Doctores & Paſtores orthodoxi? vide notam 100.69.48.*

ſcit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſcit. Ad nos ut veniamus *110*: In crepuſculo eluceſcentis veritatis plurimi majorum noſtrorum Eraſmi & noſtratis, & fama clari ſcriptis adhæſere, qui de his controverſijs quid ſenſerit, ex ipſius cum Luthero contentione apparet. Sed Paſtores nobis poſtea ex Gallia, aut ex vicinis Galliæ locis advenerunt, ſecum ferentes ea placita, quæ illis in regionibus magis probabantur. Plebis itaque pars magna ſponte ſua in Eraſmi ſententiam pronior: itaque & Anaſtaſii cujuſdam Veluani liber in eandem partem diſputans lætiſſimis animis exceptus fuit: & Diderici Cornharti cauſſam multis alioqui nominibus exoſam nihil tam favorabilem fecit, quam quod de Prædeſtinatione καὶ περὶ τοῦ αὐθαιρέτου *Et de ſpontanea voluntatis humanæ electione* cum Eraſmo ſentire crederetur. Non ceſſabant interim Paſtores quæ ipſi didicerant alios docere, præſertim qui Genevæ aut in Palatinatu ſacris litteris operam dederant. Fuêre tamen ſemper inter ipſos etiam Paſtores qui obloquerentur: & complures eius diſſenſionis manifeſti, jam olim ad cathedram admiſſi ſunt, aut in ea retenti; idque eo æquius videbatur, quod ne Confeſſio qui-

ANNOTATIONES.

110 *Expendat pius Lector, an non hæc ſequens narratio in Deum ſit injuria, & in Eccleſiam contumelioſa. Eſt enim tota comparata ad extenuandum & obſcurandum ingens illud Dei beneficium publico Eccleſiarum Belgicarum conſenſu, introductæ & receptæ* ὀρθοδοξίας, *cujus teſtes ſunt omnes Synodi Nationales, quæ in Belgio ſunt habitæ, & communis approbatio Confeſsionis Belgicæ & Catecheſeos Palatinæ. Si quæ ſunt particularis negli-*

gentiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

gentiæ aut licentiæ obſcura & controverſa exempla, ea publico conſenſui non poſſunt præjudicare. Grotius verò adeò contemtim de tota hac re loquitur, acſi nulli Nationales conventus fuiſſent habiti, vel nulla publica in hac doctrina fuiſſet concordia, ſed pauci quidam Vrſini, Calvini & Bezæ Diſcipuli præceptorum placita in has Eccleſias importaſſent, pluribus reclamantibus & cõtradicentibus, item; acſi bipertitæ aut duplicis Confeſſionis ab initio fuiſſent Eccleſiæ Belgicæ. In qua, quæſo, Synodo unquam doctrina Eraſmi, Veluani aut Cornharti fuit approbata? Fallere poſſet D. Grotius exteros, & harum rerum prorſus ignaros, ſed domeſticos præſertim beneficij divini non immemores non abripiet eò, ut tam ſint in clementiſsimũ Deum ingrati. Nonné etiam præſens Belgicarum Eccleſiarum facies contrarium evincit? Si enim ab initio ſemper hæc in doctrina viguiſſet diſcenſio, atque ei à multis annis Eccleſiæ eſſent aſſuefactæ, unde, quæſò, nunc tanta paſsim propter rei novitatem & inſolentiam perturbatio? Nonné ſatiùs eſſet fateri veritatem, quàm huiuſmodi acciſis, mutilatis & conquiſitis narrationibus lucem communem velle eripere, & rebus velutì noctem quandam offundere?

dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Sententia Franciſci Iunij

DE CONCILIORVM NECESSITATE.

Bellarminus controv. 4. lib. 1.

CAP. X.

DE Generalibus Concilijs ita ſtatuo, eiuſmodi Conciliorum convocationes utiliſſimas, & ſuo quodam modo neceſſarias, non tamen abſolutè & ſimpliciter neceſſarias eſſe.

F. IVNIVS.

Nos eas contra, ſi legitimæ ſunt, affirmamus abſolutè neceſſarias eſſe: idq; comparatè probamus ex capitis ſequentis argumento: ubi ſcilicet Cõcilia quædam ſive Generalia ſive Particularia ſimpliciter neceſſaria eſſe ipſe Bellarminus fatetur, & à Iunio probatur.

BELLARMINVS.

At primis trecentis annis caruit *Eccleſia* Conciliis Generalibus, néc tamen periit. Quemadmodum enim annis illis ccc. Eccleſia ſine Conciliis Generalibus incolumis manſit, ſic etiam potuiſſet ſine dubio alijs ccc. & rurſum alijs Dc. atque alijs mille permanere; nam non defuerunt illo etiam tempore multæ hæreſes, multa ſciſmata, multa vitia atque abuſus, quæ tamen omnia *Eccleſiam* Catholicam, tametſi Conciliorum Generalium præſidio deſtitutam, opprimere non potuerunt.

IVNIVS. *Non ſequitur à parte ad totum in quantitate, ſi tum non fuit neceſſaria, ergo nunquam eſſe: non ſequitur ab exemplis contingentibus: denique non ſequitur ex diſpari: nam alia eſt Eccleſiarum ratio in temporibus perſecutionum, cum latent ipſæ & ipſarum nævi infirmitateſque in publicũ dimanare adeo non poſſunt; alia in temporibus libertatis, cum malorum contagia & peccantium obſirmatione ac pervicacia, & aliorum infirmitate aut ignorantia & imprudentia transfunduntur. Hic profectò quod omnes tangit, ab omnibus curari debet. Illis temporibus Concilia provincialia & nationalia ſunt opus, ut ſuo tempore factitaſſe Epiſcopos Græciæ auctor eſt Tertullianus lib. de Iejunijs cap. 13. his etiam generalia: ut generalibus malis generali cura adhiberi remedium poſſit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Bellarm. Sed nulla ex cauſis(propter quas Generale Concilium convocari debeat) convincit illud eſsé abſolutè neceſsariũ. Nam primùm emẽdatio vitiorum & abuſuum fieri poteſt ſatis cõmodè, tum per leges ſummi Pontificis, tum per Conciliorum Provincialium decreta, licet ſuaviùs id fiat, ut diximus, per Generalia Concilia.

Ivnivs. *Imò nec benè, nec ſemper, nec omninò poteſt, nec commodè: negamus igitur.*

Bellarm. Deinde Electio ſummi Pontificis fieri poterit per Cardinales, qui ſemper volent aut poterunt creare Pontificem: Quod ſi illos aut non velle, aut non poſse accideret, pertineret illud procul dubio ad Romanum Epiſcopatum, ut qui evectus eſt ad ſummum eccleſiæ Pontificatum: Eorum igitur erit eligere Pontificem, quorum eſt eligere Romanum Epiſcopum. Et conſtat propter ejuſmodi cauſam nullum hactenus Generale Concilium convocatum eſse.

Ivnivs. *In hac ratione* ὀυδεν ὑγιες. *Verum eſt* nullum Concilium Generale propter hanc cauſam eſse convocatum. *Nam omnes concurrunt venaturi, unus capturam habet. An enim oportet currentibus addere calcar? altoquin iſtâ causâ conciliòve non eſt opus, quia non opus Pontifice: imo ex contrario opus eſt Concilio prohibente, quia opus eſt, vt non ſit in Eccleſia Pontifex, ſed ſuus integer Chriſto honor ſervetur: Quod ſi (vt ſupercilio magno affirmatur) opus eſſet univerſali Pontifice, profectò & illud dictum obtineret quod ſupra ponebamus,* quod omnes tangit, id ab omnibus curari oportere.

Bellarm. Neque etiam bellum cõtra Turcam exigit Concilium Generale: 1. quia Eccleſia conſervari potuit ſub immaniſſimis Imperatorum perſecutionibus, ergo etiam ſub Turcica poterit. 2. Etiam ſine Concilio Generali poteſt bellum indici communi hoſti, quemadmodum ſæpè factum eſt.

Ivnivs. *Imo verò iſta res nullo pacto Concilium exigit: nam cognitionis humanæ & Politicæ eſt, non autem Eccleſiaſtica: Servum Dei autem oportet* τὰ ἴδια πράττειν, *quanto magis corpus ipſum ſervorum Dei?*

Bellarm. Denique ſi ad exſtinguendas ſeptem hæreſes celebrata ſunt ſeptem Concilia Generalia, pluſquam centum hæreſes

extinctæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

extinctæ ſunt à ſola Apoſtolica ſede, cooperantibus Concilijs particularibus: Et ſi unum ſciſma ſublatum eſt per Generale Concilium Conſtantienſe, ſciſmata ſupra quinque & viginti ſine Concilio Generali ſublata ſunt.

IVNIVS. *Non ſequitur ex diſpari, nam ea demum mala quæ univerſitatem occupant ab univerſitate curanda & præcavenda ſunt: ſed dum ad huc ſerpunt, necdum petiverunt univerſitatis jugulum, ea in publicum univerſitatis diffundi vel curationis ſpecie, nec veritas nec Charitas Chriſtiana ſinit, nec ordo Eccleſiaſticus à Chriſto imperatus. Hoc ſi Alexander Alexandrinus in cauſa Arij obſervaſſet, & malum ubi natum erat, extingui modeſtè curaviſſet (ut Auguſtinus prudenter monet,) non ad omnes orbis terrarum Eccleſias fervidius perſcripſiſſet, nunquam Arrij virus tam multas animas infeciſſet. Præterea horum quæ à Pontifice dicuntur facta, alia negamus feciſſe Pontificem, alia feciſſe legitimè.*

BELLARM. Pelagiana hæreſis à Sede Apoſtolica variorum locorum concilijs provincialibus cooperantibus compreſſa eſt.

IVNIVS. *Quæ de ſede Apoſtolica dicuntur, falſa ſunt. Nam contra damnatus in Africa Pelagius Romam venit, & pulvillos à Romano Pontifice adeptus eſt, donec urgentibus Afris dimittere Pelagium coactus eſt. Inde fugiens in Palæſtinam Pelagius hæreſeos compertus atque damnatus eſt Orientali ſynodo: tandem cum perfugio Romæ uteretur, puduit Romanum ſui, & cogitavit hominẽ & Meridianis Afrorum & Orientalibus Palæſtinorũ calculis damnatum, Occidentalibus quoque damnandũ eſſe, id eſt, non ipſius auctoritate, quâ Pontifex, ſed Eccleſiarũ Chriſti cenſurâ communi, quæ cis mare erant. Semperne repones, Bellarmine, illam ſocietatẽ leoninam tui Pontificis, qui res à communi Eccleſiarum geſtas ſibi ſoli tribuit, & ſoli aſſumit gerendas pro imperio ſuo?*

CAPVT XI.

BELLARM. Concilia tamen *aliqua*, ſive Generalia ſive Particularia ſint, omninò neceſſaria eſſe ad bonam *Eccleſiæ* gubernationẽ vix in quæſtionem revocari poſſe dubito.

IVNIVS. *Si ita eſt, ergò & generalia ſunt interdum ſimpliciterque neceſſaria. Nam ſi aliqua Concilia ſunt abſolutè ſimpliciterque neceſſaria, & nonnunquã in Eccleſijs cõtingunt cauſæ, quæ à Particularibus curari non poſſunt: profectò vincimus ipſo Bellarmino judice, Concilia Generalia abſolutè ſimpliterque eſſe neceſſaria.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

CAPVT XII.

Cujus ſit Congregare Concilia.

BELLARM. Hæretici huius temporis tribuunt Imperatori munus convocandi Concilia Vniverſalia.

IVNIVS. Nos Imperatori tribuimus, *nempe adjuncto aliorum Regum & Principum Chriſtianorum calculo analogicè. Nam alioqui non eſt Imperatoris extra fines Imperij ſui in hac re aut ulla alia imperandi auctoritas.*

BELLARM. Eſt autem revera Pontificis congregare ſynodum Generalem.

IVNIVS. *Negamus hoc dictum & probationes ipſius.*

BELLARM. At primò hoc demonſtrari poteſt ex divinis literis: nam Concilium Eccleſiæ non eſt legitimum, niſi congregetur in nomine Chriſti, ut dicitur Mat. 18. Congregari autem in nomine Chriſti nihil videtur eſſe aliud, quam congregari auctoritate Chriſti, hoc eſt, ab eo, qui à Chriſto habeat congregandi auctoritatem .i. *Pontifice.*

IVNIVS. *Ad hujus argumenti & ſequentium intelligentiam duo præmittemus, quæ ipſam illuſtrent quæſtionem totam. Prius eſt, quod* congregare(*ſive in fieri, ſive in factum eſſe acceperis, ut cum ſcholaſticis loquamur*) *propriè & per ſe opus eſt humani ordinis:* Congregare verò in nomine Chriſti, *opus eſt humani ordinis in re Eccleſiaſtica. Itaque ſi Magiſtratus deeſt, agnoſcimus juſtè Eccleſiam cõgregare citra cognitionem aut operam Magiſtratus: ſin autem conſentiens atque conjunctus eſt, injuſtè & periculosè ab Eccleſia tẽtari & inſtitui generalẽ congregationem ſine cognitione & auctoritate eius qui humano ordini præfectus eſt: Poſterius, quod aliud eſt in nomine Chriſti, aliud in nomine poteſtatis facere. Nam qui in nomine poteſtatis humanæ facit, ex auctoritate illius facit, ſed extra præſentiã tamen aut certè virtutem ipſius: qui verò in nomine Dei aut Chriſti facit, is non ſolum eius auctoritate facit, verum etiam fretus præſentia gratiæ & virtutis illius qui dicit vocatis ſuis,* ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi *Mat. 28, 20. Aſſumtionem itaque negamus argumenti, quia imperfecta eſt & falſa: imperfecta. nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

virtutem omittit & præſentiam gratiæ, quod eſt rei caput; falſa vero, quia dicit, congregari auctoritate Chriſti, hoc eſt, ab eo, qui à Chriſto habeat congregandi auctoritatem, videlicet Pontificem Romanum intelligens & circūſcribens περιφραστικῶς.

BELLARM. Atqui certum eſt per notam præſidij Chriſti non poſſe diſcerni legitima concilia.

IVNIVS. *Negatur: Duplex enim eſt nota & demonſtatio nominis Dei in Concilijs & Conſeſſibus eiuſmodi: una interna, demonſtratio Spiritus, quam notam intus ſentiunt, qui in Concilio ſunt illuminati oculis mentis ſuæ: altera externa, demonſtratio potentiæ Euangelij gloriæ Chriſti, quam Deus per eūdem Spiritum & verbum* in alijs *potenter operatur 1. Cor. 2. 4.*

BELLARM. At quis judicabit, quis diſcernet an Chriſtus ita præſideat, cum cogitur Concilium, an non?

IVNIVS. *Certè Spiritus judex eſt diſcernens omnia: Scriptura vero Lex muta eſt illius, id eſt, canon ſive regula &* γνώμων *ſive norma judexq; certiſſimus, ad cuius ſymmetriam ſive commenſum exigenda ſunt omnia, ut ei reſpondeant.*

BELLARM. At obſcurum eſt & ambiguum, an ſecūdum ſcripturæ regulam *E*piſcopi definiant.

IVNIVS. *Negatur: nam primùm Scriptura eſt tam clara per ſe quàm Sol oculos illuſtrans, quamvis eum non videant cœci: ſecundò ſi nobis lippientibus, caligantibus atque infirmis obſcura eſt, iniquè tamen Scripturam criminantur vitij noſtri argumento: poſtremo autem voluntariè cœcos agunt ij qui præjudicatis rapiuntur, & Scripturam Divinam torquent in perditionem ſuam. quorum illi ex ignorantia, hi ex voluntatis inſtabilitate laborant. 2. Pet. 3. 16.*

BELLARM. Secunda ratio eſt: Conciliū generale ab eo indici debet ex auctoritate, *qui poteſt omnes cogere.* At nullus Imperator unquam totam Eccleſiam ſubiectam habuit, etiam quoad actiones civiles, ut eam habet Pontifex quoad actiones Spirituales.

IVNIVS. *Negatur propoſitio, nam aut ab uno indicitur, aut à pluribus, aut ab omnibus, quorum eſt auctoritas: ab uno ut Nicænum 1. à Conſtantino: à pluribus, ut Epheſinum 1. à Theodoſio & Valentiniano & ſimilia; ab omnibus denique id eſt, ab univerſitate Paſtorum per conſenſum cōmunem omnium ſine humana auctoritate, prout Concilia primùm (licet non*

 generalia)

generalia) cum alieni à fide Imperatores eſſent, fuerunt habitæ. Pontifici vero auctoritatem eſſe univerſitatis negamus; cùm neque à Principe univerſitatis Chriſto, neque ab univerſitate unquam habuerit eam: ac proinde cogere omnes non poteſt. Quod dicimus, id tribus argumentis ſatis erit demõſtrari. Primùm eſt à natura conciliorum Generalium. Nam cum in Cõciliis Generalibus ratio conjuncta ſit, ordinis Politici & Eccleſiaſtici, ut ante dicebamus, nec unquam fieri poſſit bona fide, ut Eccleſiaſticus Dei ſervus in ordinem Politicum (qui alienæ auctoritatis eſt) curandum tranſeat ſine Reip. Chriſtianæ & humanæ conturbatione: profectò ubi ſancta eſt magiſtratuum cum Sacerdotali munere conſpiratio, nec poteſt nec debet Eccleſia ea quæ ſunt humani Ordinis ſine magiſtratus auctoritate ſubſidióque procurare in hac cauſa; imò non niſi per Magiſtratum humani ordinis curatorem & vindicem: idq; per eum Magiſtratum, qui aut unus ſit re maximum imperium obtinens, aut plures inter ſe unum conſenſione ſint & conciliorum communicatione, ut generalitate ordinis commodorumq; ad eum pertinentium (ſic liceat loqui) Concilii generalitati conſulatur. Secundum eſt à vocationum ambarum legibus, Imperii & Sacerdotii. Nam nec Imperium fert Sacerdotio leges (à Chriſto habet Sacerdotium) nec Sacerdotium Imperio, ne in iis quidem rebus ad quas utriuſque oportet adminiſtrationem concurrere. Publicæ congregationes, præſertim tantæ, ab Imperio ſunt, nec legitimè ſine conſenſione, auctoritate & mandato ſummi Magiſtratus haberi poſſunt: & ab eadem auctoritate in ſuo ordine officioq; continẽtur: Magiſtratus Ordinis præfectus eſt. Actiones verò, deliberationes & definitiones ad ſubſtantiam rei Eccleſiaſticæ pertinentes, à Sacerdotio ſunt, à cœtu ſervorum Dei, quibus rei ſuæ adminiſtrationem mandavit Deus, & quarum ordinẽ auctoritatemque procurat Magiſtratus ſecũdum Deum. Qui huius rei exemplum evidens deſideraverit, legat primas actiones Chalcedonenſis Cõcilii: ubi cum Leonis Romani Legati Dioſcorum excludendum clamosè contenderent, religioſiſſimi Iudices (prout appellantur) negaverunt ex ordine eſſe, ut cauſâ incognita extruderetur quiſquam, ſed ex facto Dioſcori cognoſci curaverunt & à conceſſu iure Eccleſiaſtico definiri. Sic juſtum ordinem tutati ſubſtantiam rei cognitioni Eccleſiaſticæ permiſerunt. Tertium eſt ab effectu & executione rei definitæ. Nam ſive congregationem Concilii habere placeat, ſive in ea conſultari & decidi, ſive ex eius definitionibus exequi, coactiva, ut vocant, Magiſtratus auctoritate opus eſt ad iſta omnia præſtanda atq;

exſequen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

exſequenda, duabus maximè de cauſis: una, quod nullo jure ad Eccleſiaſticos pertinet coactiva auctoritas, cùm eorum non ſit imperium, ſed miniſterium: altera, quod generalia Concilia nunquam fermè niſi de cauſa Eccleſiaſticorum haberi ſolent legitimè, cùm veritas fidei, aut conſenſus & pax Eccleſiæ ab eis conturbatur: quam rem ab Eccleſiaſticis plurimum excitari Diſputator ipſe aliquoties confeſſus eſt. Quāobrē niſi coactiva illa Magiſtratus auctoritas præeſſet ordini (nā rei ſolus Chriſtus praeſt per Spiritū et Scripturam ſuam) confuſio maior ex ſciſmate ſacerdotum inter ſe oriretur, dum alij in alios agerent, & velut retiarij cum ſequutoribus committerentur, infauſta & turpi rixâ. At hæc Pontifex facit, dixerit quiſpiam. Negatur: nam hoc non eſt de officio ipſius: Si de officio eſſet, aut à Principe Eccleſiæ haberet, aut ab univerſitate Eccleſiæ, aut à Magiſtratu. Non habere à Chriſto docuimus contro. 3. 1. 4. inde à cap. 15. non ab univerſitate Eccleſiæ: nam ne ipſe quidem hoc affirmat, nec ſi affirmaret, probare poſſet. Non denique à Magiſtratu Politico: nam ſi ab eo poteſtas eſſet, certè aut donatione aut delegatione eſſet. Pontifex verò neutrum docere inſtrumentis poteſt. Quod ſi non inde habet ergò juris publici uſurpator eſt, Politici & Eccleſiaſtici. Nec refert, quod Magiſtratus ſinit, ac proinde videtur conſentire: nam qui errat, non conſentit. Errat autem Magiſtratus non tam in jure quàm in facto; quia religioſè ſcilicet, pro ſua pietate affirmat Pontifex hanc poteſtatem ſibi ab eo, qui jus habet, collatam eſſe. Cùm itaque ſolus Magiſtratus (ſive unus ſit Imperator, ſive plures ſint conſenſione unum) poſſit generale Cōcilium cogere ad congregationem, ordinem congregationis, & executionem rerum, quas congregatio ſanctè definivit: profectò aut neganda aut diſtinguenda hac propoſitio eſt, ut fecimus.

BELLARM. Quod ſi nullus eſſet Imperator, imò etiam nullus eſſet Princeps Chriſtianus, num ideò Cōcilia fieri non poſſent?

IVNIVS. *Poſſent quidem: non tamen facilè poſſent Generalia. Deinde non valet argumētatio, ſi de ordinario ab eo quod extra ordinē fit, cōcluſeris. Nam & deficiente conjunctione Magiſtratus poteſt aliquid Eccleſiâ extra ordinem facere, quod ordinarie non poteſt. Et contra deficiente Eccleſia ab officio ſuo, poteſt Magiſtratus extra ordinem procurare, ut Eccleſia ad officium redeat: hoc eſt, eo caſu extra ordinem contingente, hi & illi extra ordinem aliquid poſſunt, quod ordinarie non poſſent. Id enim Iuris communis eſt, extraordinarijs malis remedia etiam extra ordinem adhiberi oportere.*

BELLARM. Sed ſi Imperator indicere deberet Generalia Cõcilia, ſequeretur Regem, aut Ducem, aut Magiſtratum civilem indicere Concilia Provincialia vel Nationalia.

IVNIVS. *Et poteſt Magiſtratus civilis indicere, ſi res Eccleſiæ deſiderare videbitur. Sed aliud eſt ordinarium Concilij habendi ſtatutum in Eccleſia eſſe lege ordinaria quam magiſtratus opprobavit, aliud extra Ordinem indicere Eccleſiæ cauſa. Concilia autem Generalia non ſunt ordinaria, ſed extra ordinem indicuntur: neque ab Eccleſia indicuntur, quia fermè Eccleſiaſticorum cauſa in doctrina, moribus aut diſciplina errantium haberi ſolent: ergò à Magiſtratu indici neceſſe eſt in illo Eccleſiæ intus laborantis malo; prout Nicenum 1. Conſtantinus Magnus, Conſtantinopolitanum primum Theodoſius ſenior, Epheſinum 1. Theodoſius junior & Valentinianus, Chalcedonenſe Marcianus, Conſtantinopolitanum 2. Iuſtinianus & ſic deinceps indixerunt. Nam Concilia auctoritate humana vel Pontificia de cauſis humanis, id eſt, non ſuis congregata pro Concilijs legitimis habere, mihi Religio eſt.*

BELLARM. Etiamſi Pontifex Romanus non eſſet verus Princeps & Monarcha Eccleſiaſticus, ut nos docemus, ſed eſſet ſolum primæ ſedis Epiſcopus, ſeu primus inter primarios Patriarchas, adhuc ad eum pertineret jus indicendi Concilia generalia. Primates enim etiamſi propriè non imperent alijs Epiſcopis, tamen quia primum locum inter nationis ſuæ Epiſcopos tenent, jure ſuo Nationalia Cõcilia indicere poſſunt. *Sic* eſſet Romani indicere generalia, &c.

IVNIVS. *Negamus ſequi, nam qui primus eſt ordine, auctoritatem quidem habet dicendi primo loco, ut princeps ſententiæ: ſed non eo princeps eſt conventibus ſua auctoritate indicendis, niſi ſpeciale ejus rei mandatum à Collegio habuerit. Hoc Pontificia Tyrannis poſtea mutavit. Vbicumque Collegæ ſolum ordine differebant, nemo ſolus ſtatuebat, ſed omnes ſimul; non ex auctoritate unius, ſed ex conſenſione omnium. Primus autem fiebat ordinariè non qui celebriori Eccleſiæ præerat, ſed qui diutius in functione Sacerdotali vixerat, & qui prior erat tempore, habebatur prior jure, vt loquuntur Canoniſtæ. Hoc quamplurimis actis & ſubſcriptionibus Conciliorum veterum oſtendi poteſt.*

BELLARM. Sed ſententia noſtra probatur ex antiquiſsimo Canone, quo ſtatuitur præter ſententiam Romani Pontificis non

poſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

poſſe Concilia celebrari. Hunc enim Canonem Apoſtolicum eſſe ſcribit B. Marcellus Papa.

IVNIVS. *Negamus utrumque; & iſtum fuiſſe Canonem Apoſtolicũ & iſtam Marcelli Papæ Epiſtolam.*

BELLARM. Calvinus tamen reſpondet ex illo Canone id ſolum effici, debuiſſe vocari ad ſynodum etiam Romanum Pontificem, quia erat unus ex præcipuis Patriarchis. At ſi ita eſſet, tunc etiã potuiſſet fieri canon, ne præter conſenſum Epiſcopi Alexandrini vel Antiocheni cogeretur Concilium: nam iſti erant etiam præcipui Patriarchæ, & Romano Pontifici æquales, vel majores ſecundum Calvinum.

IVNIVS. *Calvinus ex hypotheſi reſpondet, nempe ſi concedamus id verum eſſe quod Iulium ſcripſiſſe ferunt & Marcellum Papam, prout accipiunt Pontificij. Alioqui id certi juris eſt, nullum Concilium celebrari poſſe, id eſt, indici haberive præter ſententiam eorum, qui ad illud Conciliũ pertinent: Provinciale præter ſententiam Paſtorum, qui in Provincia ſunt, nationale nationalium, generale omnium, niſi fortè rei ſint, de quorum cauſa Concilium cognoſcere oporteat: nam horum cur expetatur ſententia, quibus ſtat ſententia in errore aut malo verſari* ἀναντιῤῥήτως, ἀναιδῶς, *prout* ὁ ἄνομος, *filius perditionis facit?*

BELLARM. Magdeburgenſes aliam excogitârunt ſolutionẽ. Dicunt enim verba Socratis non ſignificare, præter Romani Pontificis ſententiam non debere celebrari concilia, ſed non debere Eccleſias dedicari. Sic enim in Græco habetur: μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας. At falluntur Magdeburgenſes, nam κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας, non poteſt ſignificare, dedicare tẽpla, ſed canonicum cœtum convocare, ſive concilium indicere.

IVNIVS. *Magdeburgenſes quidem interpretatione falluntur, ſed Bellarminus aliud agit: nam eo in loco Magdeburgenſes alterum argumẽtum hiſtoriæ tractant, quam quod hîc agitur. Sed neutra interpretatio vera. Senſus genuinus verborum Socratis hic eſt, non oportere ut Eccleſiæ canonas ferant præter ſententiam Epiſcopi Romæ. Non agitur de Eccleſiis dedicandis illis verbis, in quorum interpretatione Magdebergenſes falſi ſunt; non de concilijs convocandis, qua in re Bellarminus errat; ſed de Canonibus in cauſa fidei ſtatuendis in Eccleſia Dei. Hanc rem negat Socrates, quia totam*

Eccleſiam attingit ab Orientalibus definiri ſine Occidentalibus Eccleſiis & Romano Epiſcopo (qui Patriarcha ipſarum erat)legitime potuiſſe. quam rem enunciat συνεκδοχικῶς, nomine Epiſcopi Rom. Eccleſias Occidentales (quarum ſententiam ille exquirere, audire, colligere atque referre tenebatur) comprehendens. Demonſtrat hanc ſententiam tum Socrates ipſe, tum priſcæ illius Eccleſiæ uſus. Sic enim ferme ad verbum Socrates lib. 2. c. 8. hiſt. Eccleſ. Euſebius autem nullo modo volebat conquieſcere: ſed (quod vulgò dici ſolet) omnẽ Lapidẽ movebat ut rẽ, quã propoſuerat, perficeret. Curat itaque ut Synodus ſit Antiochiæ, Syriæ, ſpecie quidem Encæniorum Eccleſiæ, quam Pater Auguſtorum parare cœperat, filius verò ejus Conſtantius poſt mortem ejus, decimo à fundatione anno, conſummaverat: ſed revera ad everſionem abolitionemque fidei de homouſio. Ac Maximus quidem Hieroſolymorum Epiſcopus, qui Macario ſucceſſerat, non adfuit in ea, quod reputaret quomodo una abreptus fuiſſet, & in abdicationem Athanaſij ſubſcripſiſſet ante, quum Tyri Sinodus haberetur. Sed neque Iulius aderat maximæ illius Romæ Epiſcopus, neque in locũ ſuum miſerat quenquam, cum tamẽ Canon præcipiat Eccleſiaſticus non oportere ut Eccleſiæ Canonas faciant præter ſententiam Epiſcopi Romæ. Congregatur itaque Synodus iſta Antiochiæ, &c. *hanc rationẽ ad dedicationẽ templorũ minimè pertinere Bellarminus rectè probat, ergò pertinet ad alterum ſocratis ſermonem, quod Euſebius iſte Nicomedienſis dolo τὸ ὁμοούσιον conſubſtantialitatem vellet evertere: quâ de re totam Eccleſiam, non partem aliquam oportebat diſpicere: præſertim cum neque Alexandrinus Epiſcopus adeſſet (in quem intendebantur iſta omnia) neque Hieroſolymitanus, neque Romanus aut ab eo quiſquam. Hinc enim, ex eo, inquam, quod Patriarchæ cæteri & Eccleſiæ ipſorum aberant, conſtat illegitimam fuiſſe Synodum, quæ & de Athanaſio inſtituebat cognoſcere, qui ex ordine nihil pertinebat ad cognitionẽ ipſorũ, & de fidei Chriſtianæ dogmate (quod Eccleſiã univerſalẽ attingit, nec ſine conſenſione Romani, Alexãdrini, Hieroſolymitani, Eccleſiarumque omnium definiri poterat) audebat pronũciare, ut feciſſe narrat poſtea Socrates cap. 10. Vſus verò illius ſeculi apertè oſtẽdit in hac ſua expoſitione diſputatorẽ falli. Nã illi Patres plurimũ κανόνας διαλυπώσεις atq; ὁρισμοὺς diſtinxerunt κανόνας ſive regulas dogmaticas de fide appellabant, has cum ſtatuerent, dicebantur κανονίζειν. Διαλυπώσεις infor-*

informationes ſive formulas appellabant, quæ ad rationem agendarum, quas vocant, ſive officiorum pertinebant. Ορισμοὺς *definitiones ſive determinationes nuncupabant, quæ ad diſciplinam & ordinem Eccleſiaſticum ſpectabant: Capitula dixerunt recentiores. Pòſt omnia canonum appellatione aut ab imprudentibus donata ſunt, aut* συνεκδοχικῶς. *Socrates ergo cum dicit non oportere* κανονίζειν τὰς Εκκλησίας (*nomen autem ante verbum conſtrui oportere docet articulus: alioquin ſimpliciter ſcripſiſſet* κανονίζειν Εκκλησίας) *hoc verè affirmat non eſſe Eccleſiarum officium, ut hæ ſine illis in tantis fidei dogmatis ex præjudicato ſtatuerent. Nec Occidentales ſine Orientalibus, nec hæ ſine illis legitimè potuerunt. Hoc Caput eſt certiſſimum fidei Eccleſiaſticæ,* non poſſe partem aliquam Eccleſiæ de eo, quod eſt univerſalis Eccleſiæ totius, diſponere.

BELLARM. Valentinianus Imperator cum ab Epiſcopis rogaretur, ut permitteret eis Concilium celebrare, reſpondit, ut refert Sozomenus. lib. 6. cap. 7. *Mihi, qui ſum in ſorte plebis, fas non eſt talia curioſiùs ſcrutari, Sacerdotes, quibus iſta curæ ſunt, quocumque volverint loco conveniant.*

IUNIUS. *Non eſt neſcius Bellarminus alienum eſſe ut particulares circumſtantiæ in concluſionibus apponantur. Res ſic habet. Concilium fuerat Conſtantinopoli habitum, in quo doctrina* τοῦ ὁμοουσίου *fuerat oppugnata: Propterea pii Hypatianum Heracleæ Perinthiæ Epiſcopum ad Imperatorem ablegârunt, qui & doctrinam* ὁμοουσίου *commendaret illi, & auctoritatem Concilii habendi poſceret, ad elevandam Conſtantinopolitani illius decreti perfidiam. Probat Imperator, & loci eligendi Epiſcopis poteſtatem facit. Quid ais, Bellarmine? an nondum vides hoc argumentum contra te facere? nam Concilii etiam non generalis habendi poteſtas ab Imperatore petitur & datur. Probas igitur ab Imperatore peti non à Pontifice auctoritatem habendi Concilii.*

BELLARM. Atqui nullum Concilium Generale Catholicum à ſolo Imperatore eſt inductum, id eſt, ſine conſenſu & auctoritate Romani Pontificis.

IUNIUS. *Rectè: conjunctam agnoſcimus auctoritatem, ſed ſuo Ordine: Epiſcoporum ſive ſacerdotum omnium, non ſolius Romani, poſtulantium conſulentiumve & Imperatoris decernentis.*

BELLARM. De Concilio I. Nicæno legitur in ſexta Synodo

 act. 18.

act. 18. Conſtantinum & Sylveſtrum magnam Synodum apud Nicæam congregaſſe.

IVNIVS. *Vtrumque conjungimus, Conſtantini imperium & poſtulatum, ſuaſionem, conſenſum & exſequutionem Sacerdotum. Nam Sylveſter nominatur pro Sacerdotibus Eccleſiarum Occidentalium, in quibus facilè tum primas ex conſuetudine antiqua obtinebat, ut can. 6. Synodi Nicænæ dicitur. Quapropter Ruffinus* dixit ex ſententia Sacerdotum, *ut Synecdochen ab alijs uſurpatam exponeret.*

BELLARM. De Concilio Conſtantinopolitano 1. Theodoretus refert Theodoſium non tam illud indixiſſe, quam literas Pontificis Damaſi, quibus conciliũ indicebatur, ad Epiſcopos miſiſse.

IVNIVS. *Falſum: hoc tantum Theodoretus docet, poſtulato & rogatu Sacerdotum, quorum ſententiam communem Damaſus ad Theodoſium perſcripſerat, ſuadens, Concilium à Theodoſio indictum eſſe.*

BELLARM. De Epheſino 1. Proſper in Chronico iudicat Synodum Epheſinam factam eſse Cyrilli induſtriâ, & Cæleſtini auctoritate.

IVNIVS. *Sic ait Proſper*: huic impietati Neſtorii præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria, & Papæ Cæleſtini repugnat auctoritas: *de indictione Concilij nullum verbum, ſed de actione ſolum. Et Bellarminus illudit bellè, quum ait* factam *eſſe: nos de indicendo Concilio, non faciendo agimus.*

BELLARM. Patet tamen non ſine conſenſu Romani P. coactum eſse.

IVNIVS. *Quis negat? nam ne ſine conſenſu quidem Epiſcopi Nucerini aut Aliſani coacta eſt: conſenſus fuit totius Sacerdotij. Sed auctoritatem cauſantem (ut vocant) quærimus, proprium & proximum auctorem Concilij indicendi.*

BELLARM. De Concilio Chalcedonenſi Martianus Imperator ſcribit ad Leonem Papam, ut ad Concilium veniat, illudque faciat, &c. concludens: *Et quæ Chriſtianorum Religioni atque Catholicæ fidei proſint, ſicut ſanctitas tua ſecundum Eccleſiaſticas regulas definivit, ſuâ diſpoſitione declarent.*

IVNIVS. *Scripſerant priùs de conſilio ſuo ad Leonem Valentinianus et Martianus Auguſti communes literas, quarum exemplum ibi habetur:*

poſtea

poſtea verò literas ſingulares ſuo nomine ad Leonem illas ſcripſit, quarum hic argumentum non ſine locupletatione exponitur. Privatim verò ad Leonē Marcianus ſcribebat, quia Imperium tenebat Orientis, ut Valentinianus Occidentis, donec Valentinianus occiſus eſſet. Cum itaque diviſio in eum modum Imperio Leoni Rom. Martianus ſcriberet, quis miretur Imperatorem Orientis ita ſcripſiſſe Epiſcopo Rom. Patriarchæ Occidentalis Eccleſiæ? Inconſequens eſt argumētatio ſimplex ab eo quod κατὰ τὶ dicitur. Præterea non poſtulat Marcianus à Leone ut Concilium indicat (quæ res hic agitur) ſed ut indicto ab Auguſtis adſit. Hæc duo diverſa ſunt. Novâ Logicâ opus eſt, ut ex diverſo aliquid conſequatur.

BELLARM. Sed Epiſcopi ſecundæ Meſiæ ſcribunt in quadā Epiſtola: *In Chalcedonenſium civitate multi ſancti Epiſcopi convenerunt per juſſionem Leonis Romani Pontificis, qui verè caput eſt Epiſcoporum.*

IVNIVS. *Fallacia duplex: diviſionis & homonymiæ. Nam quâ fraude res conjunctas Bellarminus dividit? Ita ſcribunt, illi ſecundæ Maſiæ Epiſcopi:* per iuſſionem Leonis Romani Pōtificis, qui verè eſt caput Epiſcoporum & venerabilis Sacerdotis & Patriarchæ Anatolii Cōcilio celebrato. *nempe Romanus Leo Occidentalium, Anatolius Conſtantinopolitanus Orientalium Eccleſiarum nomine mandatum ab Imperatore utroque acceperant, tranſmiſerantque ad omnes.* Caput *autem nomen eſt Ordinis, nec aliud ſonat quā primæ ſedis Epiſcopum, ex Nicæna Synodo et Conciliorū Carthaginenſium interpretatione. Homonymia eſt in voce juſſionis,* κελεύσεως *Nam etiam præco jubet & nuncius: & celeuſtarum ſunt celeuſmata, quamvis in nave mediaſtini ſint. Quin etiam Epiſtola ipſa, qua Concilium iſtud haberi jam diu poſtulatum erat ab Imperatore Theodoſio, nomine Leonis ipſius & ſanctæ Synodi, quæ in urbe Roma convenit, ſcripta eſt, ut poſteà ex Epiſtolis Leonis ſcribit Diſputator ipſe, &c.*

BELLARM. De Concilio Sardicenſi Socrates lib. 2. cap. 19. teſtatur Epiſcopos Orientales culpam abſentiæ ſuæ ab hac Synodo contuliſſe in Iulium Pontificem, eo quod nimis anguſtum tempus præſcriptum eſſet. Ergo etiam à Iulio Pontifice, & quidem potiſſimum Concilium eſt indictum.

IVNIVS. *Non ſequitur, nam (ut optimè narrat Socrates lib. 2. cap. 20) fratres duo Impp. Conſtantius & Conſtans Synodum haberi decreverunt. Sed quia Conſtans Imperator Occidentis fratrem ſuum coëgit fermè,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Synodus verò in Occidentali urbe aliqua habenda fuit, ubi & factiones Orientis minus obſtreperent, & liberiora ſuffragia judiciaque exiſterent: propterea Iulio mandatum fuit, ut decretum Impp. ſignificaret, quod Orientalis nullus Epiſcopus fuiſſet auſus, aut magno cum fructu effeciſſet. Id autem Iulius Orientalibus ſeriùs ſignificaverat; atque haud ſcio an arte fecerit, ut pauciores ab Oriente accurrerent. De hac igitur ſegnitie an dolo? Epiſcopi Orientales conqueruntur. Quamobrem falſa concluſio.

BELLARM. Athanaſius ſcribit in Epiſtola ad ſolitariam vitã agentes: *Quando unquam judicium Eccleſiæ ab Imperatore auctoritatem habuit?*

IVNIVS. *Argumentatio eſt ex rebus diverſis ἀλογίςως. Aliud eſt* judicium *Eccleſiæ, de quo Athanaſius, aliud* ordo *conventus ad judiciũ & in judicio neceſſarius, atque ordinis* auctoritas *de qua nos agimus.*

Quinam Sint Ad Concilium Convocandi.

CAP. XV.

BELLARM. In Conciliis aliqui multis de cauſis intereſſe poſſunt. Alii enim interſunt ut Iudices, qui dicuntur habere ſuffragium deciſivum, alii ut diſputando examinent difficultates, qui dicuntur habere ſuffragium conſultivum, alii ut miniſtrent, quales ſunt notarii cuſtodes, & alii ut defendant Cocilium & dent operam ut intus & extra omnia ſint pacata. Quæſtio igitur eſt qui ſint ex illis quatuor hominum generibus vocandi ad Concilium & qua de cauſa.

IVNIVS. *Atqui, vir bone, aliud eſt ſi roges, qui ſint vocandi ad concilium, puta ex neceſſitate & officio? aliud ſi quæras, quinam admittendi, vel qui intereſſe poſſint? ut antè quæſtio fuit propoſita.*

BELLARM. Adverſarij noſtri dicunt: Primum ex omni genere hominum debere intereſſe eos, qui eruditi ſunt, & omnes debere eſſe Iudices atque ſuffragium habere deciſivum, quicquid ſit de aliis muneribus.

IVNIVS. *Hæc nemo noſtrum dixit ſenſitve, prout hic exponuntur. Hoc illud eſt quod dicimus, Eos in Concilium adhiberi oportere, qui dono*

&

& vocatione *inſtructi ſunt: Dono, qui pij, probi, docti: Vocatione, qui aut ordinariè ad docendum inſtituti, aut extra ordinem juſtâ auctoritate arceſſiti aut producti. Hæc bonorum ſententia, quam à Luthero & alijs non malè allatam Bellarminus aut malè refert, aut percepit malè.*

BELLARM. Catholicorum ſententia eſt ſolos Prælatos majores eoſque omnes, id eſt, Epiſcopos in Conciliis Generalibus & Provincialibus habere jus ſuffragii deciſivi ordinariè, ex privilegio autem & conſuetudine etiam Cardinales, Abbates & Generales Ordinum, licet Epiſcopi non ſint: ex Preſbyteris autem & aliis clericis minoribus tantùm vocari aliquos viros doctos, qui juvent in diſputando vel aliis miniſteriis; Principes autem vocari, tum ut Concilium defendant, tum ut teſtes & conſcii decretorum Concilij poſtea tranſgreſſores & contumaces pœnis corporalibus puniãt. Denique ex privatis laicis tantùm vocari aliquos, qui videantur utiles, vel neceſſarij ad aliquod miniſterium Concilij.

IVNIVS. *Negamus iſtum ordinem divinum eſſe, aut cum æquitate conſentire: quia ſic non dona nec vocatio eorum, qui adſunt, rectè expenduntur: ſed negliguntur prætereunturque ij, qui inſtructi ſunt eis: et inepti atque adeo piſtilla exornata fermè audiuntur ſolum: nam quotuſquiſque, obſecro, de Epiſcoporum grege, donis inſtructus eſt? &c.*

BELLARM. Sententia adverſariorum refellitur, primò ex Scriptura Sancta: Definire in Conciliis ea quæ ſunt credenda, vel agenda, proprium eſt munus Paſtorum: Id enim propriè eſt paſcere, Eſt enim docere, & docere ita ut alij teneantur credere. At non *ſunt Paſtores Laici & Eccleſiaſtici quicumque ſed ſoli Epiſcopi.*

IVNIVS. *Diſtinguenda Aſſumtio hæc: Nam ſi anguſtè Epiſcopos ex Pontificiorum uſu intelligas, falſa eſt: ſin autem latius communiterque Preſbyteros operam dantes adminiſtrationi verbi ex dono & vocatione Dei, vera eſt aſſumtio. Rectè enim Magiſter ſententiarum lib. 4. diſt. 24.* Excellenter, *inquit*, Canones duos tantum ſacros ordines appellari cenſent, Diaconatus, ſcilicet, & Preſbyteratus, quia hos ſolos primitiva Eccleſia legitur habuiſſe, & de his ſolis præceptum Apoſtoli habemus. *Enimvero ſi ſoli Epiſcopi Paſtores ſunt; profectò neque Epiſcopi faciunt officium, qui non paſcunt gregem in Pontificijs. neque Parochi, quos Curatos vocant, faciunt officium, qui munus faciunt, quod Epiſcoporum eſt,*

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

& multis in locis Paſtores appellantur. Omnes ergo ij ſunt Paſtores cenſendi, qui doctrina paſcunt gregem Chriſti, ſive ſint Paſtores totius Eccleſiæ, ſivè Paſtores ſeminarij Eccleſiæ, qui vulgò Doctores appellantur, prout in Eccleſia Iudæorum, & in Chriſtiana priſca fuit obſervatum, quod controverſiâ 5. σὺν Θεῷ explicabimus. Nam illa Epiſcoporum diſtinctio à Paſtorum & Preſbyterorum ordine, juris divini non eſt, ſed humani inſtituti, ex quo in unoquoque Preſbyterio olim prima Sacerdoti uni fuerunt attributa, qui ſingulariter fuit denotatus Epiſcopi appellatione: quod inſtitutum poſtea ſuccedentibus annis magis ac magis fuit prorogatum. Sed nos de jure ſolum cõmuni divinoque agimus. Preſbyteris ergò, qui dabant operam adminiſtrationi verbi, jus commune fuit, ut Concilijs intereſſent, ex quorum numero fuerunt Epiſcopi, ut ſententiam dicerent: exiſſe autem in conſultationibus & deciſionibus audiendis alij tum jubebantur, quum poſtulabat ædificatio: hoc eſt, doctrinæ tractationi communi poterant auditores adeſſe, ut in pietate proficerent: ſcandalorum & offenſionum cognitioni non poterant, quia contra charitatem fuiſſet. Nam veritatis cognitio ad omnes pertinet: infirmitatum minimè.

BELLARM. Sic enim legimus Act. 20. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit *Epiſcopos* regere Eccleſiam Dei.

IVNIVS. *Æquivocè: nam Epiſcopos dicit Apoſtolus communi ſignificatu, id eſt, inſpectores & curatores Eccleſiæ eſſe Preſbyteros illius; Agit autem cum Preſbyteris unius Eccleſiæ, puta Epheſiæ, quos arceſſi ad ſe curaverat. Quod ſi unus tantum eſſe debet (ut volunt Pontificij) in una Eccleſia Epiſcopus, & ejus eſt ſolius paſcere, cur Paulus per omnia plurali numero uſus eſt, in hoc ſuo προτρεπτικῷ ad Præſbyteros Epheſi! Falſa ex æquivocatione conſequentia.*

BELLARM Secundò Patres varij paſsim aſſerunt Concilia *Epiſcoporum* eſſe.

IVNIVS. *Atqui poſſet aliquis nomen Epiſcoporum accipere latâ ſignificatione. Sed nos aliter reſpondemus 1. Dictum indefinitum eſſe, non universè poſitum: neque enim diçit Euſebius aut quiſquam veterum, eſſe Epiſcoporum ſolùm. 2. Ex majori parte (ut loquuntur vulgò) communem fieri denominationem. 3. Quod Epiſcopi plurimum adeſſent, non ideò factũ fuiſſe quod Epiſcopi eſſent, ſed quod eruditione & doctrinâ præſtarent plerumque*

rumque

rumque a'ijs de Preſbyterio , *ut qui propterea* ſuffragijs Preſbyterii *præfecti eſſent toti Preſbyterorum Collegio in Eccleſia ſinguli. Nam qui erant ejuſmodi, eos ad Concilia Generalia communibus Presbyterij ſuffragijs mitti æquius erat & honeſtius atque utilius quàm rudiores homines de cœtu & minus judicio, eruditione, peritiâ, gratiâ, auctoritate valentes. Hoc verò, tanquam perpetui juris, ſtatuæ Epiſcoporum Pontificiorum ſibi aſſumpſerunt, ſicut & omnem auctoritatem Eccleſiæ ac Preſbyterij.*

BELLARM. Theodoſius Iunior in Epiſtola ad Epheſinam Synodum, quæ extat in 1. Tomo eius Concilij cap. 32. *Illicitum eſt,* inquit, *eum qui non eſt in ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.*

IVNIVS. *Græcè evidentius:* ἀθέμιτον γὰρ τὸν ἔξω τοῦ καταλόγου τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τυγχάνοντα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς σκέμμασιν ἐπιμίγνυσθαι, *etc.* nefas enim eſt, eum qui extra Catalogum Sãctiſſimorũ Epiſcoporum eſt, Eccleſiaſticis quæſtionibus immiſceri. *Illudit ex ambiguo Bellarminus. Quum enim Theodoſius & Valentinianus ita reſcripſerunt, non fuit mens eorum, ut dicerent Epiſcopos ſolum, & non ullos alios, in Concilium recipi oportere: ſed eos ſolum audire, cognoſcere & ſententiam ferre in Concilio oportere, qui in Catalogo inſcripti erant* eorum qui ab Eccleſiis ad Concilium fuerant ablegati, *& ab Epiſcopis recenſiti* ex literis auctoritatis publicæ, *quas ſolebãt exhibere. Hi autem cùm eſſent plurimùm Epiſcopali dignitate, ex communi ratione Catalogus Epiſcoporum à majori parte appellatur, ut proximè dicebamus.*

BELLARM. Pulcheria quoque Imperatrix in epiſtola ad Strategum Bithyniæ, quæ habetur ante Concilium Chalcedonenſe, *juſſit, vt Clerici, Monachi & Laici etiam vi repellerentur à Concilio, exceptis paucis illis, quos Epiſcopi ſecum duxerant.*

IVNIVS. *Ergò & alij præter Epiſcopos in Concilio erant, tum qui aderant cum literis & auctoritate publicâ functuri partes ſuas, tum qui permiſſu & approbatione ſuorum Epiſcoporum aderant audituri. Hæc autem circumſcriptio propterea fuit addita, quia* in gratiam Eutychis ſupervenientes Clerici ac Monachi, atque Laici tumultus facere tentabant, contendentes, *vt ibidem Pulcheria ſcribit. Non ſequitur autem, ſi tum propter iſtud periculum ita proſpectum eſt, hoc igitur perpetuum & ſolenne in Concilijs inſtitutum eſſe: imò vero contrarium probatur ex eo*

D d magis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

magis, fuiſſe ordinarium vt & alij adeſſent; tum verò propter factiones extra ordinem proviſum eſſe, vt illi ab eo Concilio diſcederent.

BELLARM. In Concilio Chalcedonenſi act. 1. cum ad Martinum Archimandritam mitteretur, ut ſubſcriberet, reſpondit non eſſe ſuum, ſed Epiſcoporum tantùm ſubſcribere.

IVNIVS. *Rectè: quia non aderat* cum auctoritate ullius Eccleſiæ. *Qui autem ſine auctoritate Eccleſiæ adſunt, eorum alij ſolùm audire poſſunt, vt laici: alij etiam conſultationibus adhiberi poſſunt, vt docti, præſertim Eccleſiaſtici: ſed dicere ſententiam definitivam non poſſunt. Ad eos autem ſolos ſubſcriptio pertinet, quorum & ſententiæ dictio eſt. Sic in Concilio Nicæno Victus ſeu Victor & Vincentius urbis Romæ Presbyteri pro Epiſcopo Romano. Sic multi Chorepiſcopi, id eſt, Presbyteri Epiſcoporum vicarij ſubſcripſerunt: Sic Alexander Conſtantinopoleos Presbyter.*

BELLARM. In eodem Concilio cum pro Dioſcoro Monachi & Laici ingreſſi eſſent, ſæpius Patres clamarunt: *Mitte foras ſuperfluos, Concilium Epiſcoporum eſt.*

IVNIVS. *Optimè: Iſti enim turbaturi pro dioſcoro Alexandrino venerant. Ex particulari non ſequitur univerſale.*

BELLARM. Tertiò probatur idem ex Conciliis hactenus celebratis: nam omnium Conciliorum decreta à ſolis Epiſcopis facta eſſe, patet ex ſubſcriptionibus, ubique enim inveniuntur ſoli Epiſcopi ſubſcripſiſſe.

IVNIVS. *Falſum: de Nicæno modò diximus. Conſtantinopolitano 1. ſubſcripſerunt aliquot Presbyteri. Alpius Presbyter pro Philomuſo Alexandrino Cappadociæ, Paulus Presbyter pro Montano Claudiopolitano Iſauriæ, Simplicius Presbyter pro Longiano Sozopolitano, Baſſus pro Theoſebio Philomelienſi, &c. ſic alibi. Præterea non eſt mirum, ſi Epiſcopi Generalibus Concilijs interfuerunt plurimum, cùm ex tota Provincia pauculi ablegarentur, in ſingulis autem Presbyterijs cujuſque Provinciæ* communibus ſuffragiis *Epiſcopi eligerentur ij, qui Pietate, doctrinâ, judicio, peritiâ, gratiâ præſtare videbantur. Adfuerunt autem vt Presbyteri ſuarum Eccleſiarum ſinguli,* communi Synodorum particularium calculo *ad actionem illam deputati, cùm Eccleſiæ ſuæ tum Provinciæ totius nomine.*

BELLARM. Cæteri quamvis eſſent optimi & doctiſsimi, nũquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

quam ſunt admiſsi, niſi ad conſultandum , excépto Concilio Baſileenſi, ubi Preſbyteri admiſsi ſunt ad ſuffragium deciſivum, ſed perperam & contra morem omnis antiquitatis.

IVNIVS. *Negatur: nam primi inſtituti fuit, Act. 15. non moris ſolum & conſuetudinis. Cum ergò tale inſtitutum ab Apoſtolis fuerit, & in cœtu ipſorum, quid morem eſt adduci opus? Dicit enim Lucas in eo loco verſ. 2.* Conſtitutum fuit ut aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex illis ad Apoſtolos & Presbyteros Hieroſolyma, ſuper hac quæſtione. & verſu 6. Congregati igitur ſunt Apoſtoli & Preſbyteri, ut diſpicerent de hac re. *ſic deinceps. Imò (quod amplius eſt) juris fuit, vt non ſolum Presbyteri miniſtrantes verbum, ſed & tota Eccleſia loci, id eſt, Presbyteri & Diaconi, ſive Clerus totus Eccleſiæ illi inſerviens, intereſſet. Nam propterea ſcribit Lucas ibidem verſu 4.* Quum autem pervenisſent Hieroſolyma, excepti ſunt ab Eccleſia & ab Apoſtolis & Preſbyteris. *Et verſu 22.* tunc viſum eſt Apoſtolis & Preſbyteris cum tota Eccleſia, delectos ex ſeſe viros mittere Antiochiam. *Et verſu 23.* Apoſtoli & Preſbyteri & Fratres ijs qui ſunt Antiochiæ, &c. *Atque ita diu in Eccleſia fuiſſe obſervatum, demonſtrat exemplum Romanæ Synodi, quæ contra Novatum fuit habita à 60. Epiſcopis, Presbyteriſq; & Diaconis pluribus, qui ſententiam definiverunt contra Novatum Apoſtolici illius Concilij exemplo, vt refert Euſebius hiſt. Eccl. lib. 6. c. 43. & Ruffinus cap. 33. item Alexandrinæ Synodi contra Arrium, apud Gelaſium Cyzicenum, &c.*

BELLARM. Sed in iſto Concilio interfuêre Apoſtoli, tanquã Iudices, ad definiendum, Præſbyteri autem ad conſultandum; plebs autem non fuit vocata, ſed tamen adfuit & conſenſit, non quidem definiendo vel diſputando, ſed tantùm audiẽdo & non reclamãdo.

IVNIVS. *Negatur diſtinctio. Nam primum Apoſtolorum (vt de ſingulis ordine atque diſtinctè videamus) duplex eſt ratio; ſingularis, quâ Apoſtoli ſupra Eccleſiam reliquam fuerunt extra ordinem; & communis vel ordinaria, quâ cum alijs Dei ſervis miniſterio functi ſunt ordinario, licet non aſtricto. Singulari illâ uſi ſunt Apoſtoli, quum aut Eccleſias primum inſtitui oportuit, aut aliquid in Eccleſia geri, quod ordinariam Eccleſiæ conditionem cognitionemq; ſuperaret, vt cùm Ananiam & Sapphiram multavit Petrus, & Paulus Elymam: Ordinariâ verò uſi ſunt, ubi jam Eccle-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſitæ erant conſtitutæ, niſi res ejuſmodi eſſet, quæ divina extra ordinem revelatione dici deberet, aut motu divino geri: ut cum adulterum illum damnari in Corinthiorum Eccleſia oporteret 1. Cor. 5. Nam communicatione utitur Paulus cum Corinthijs, quæ in revelatione extraordinaria non habet locum. Hìc autem Apoſtoli dicuntur uſi communicatione: communis ergo iſta eſt Eccleſiæ, ac non ſingularis Apoſtolorum, actio in hoc Hieroſolymitano Concilio. De hac re igitur diſtinctè ita ſtatuimus: Omnes dono & vocatione inſtructi judicaverunt in Concilio: primum quidem Apoſtoli & viri Apoſtolici: tum Presbyteri, dantes operam Miniſterio verbi, tam Hieroſolymitani de hoc loco, quàm Antiocheni, & ſi qui præterea aliundè venerant: alij verò Presbyteri illorum συνεργοὶ in Eccleſiæ Hieroſolymitanæ gubernatione, & Diaconi Prophetiæ donis inſtructi fuerunt participes conſultationis: reliqui de Clero, ut vocari ſolent, (fortè etiam de populo, ſi qui voluerunt ad eſſe) præſentes & acquieſcentes, ſuum conſenſum oſtenderunt: hi enim communi Eccleſiæ nomine deſignantur verſu 4. & 22. & & 23. ut ſuprà oſtendimus

BELLARM. Sed Conſuetudo Eccleſiæ eſt optima Scripturarũ interpres. Cum igitur in omnibus Concilijs, quæ poſt Apoſtolica tempora fuerũt celebrata, hũc ordinẽ obſervatũ eſſe conſtet, ut ſoli Epiſcopi fuerint judices, licet præſentes adfuerint multi alij, vel Clerici vel Laici, idem omninò in Apoſtolico concilio ſervatũ eſſe credere debemus. Nec enim Eccleſia univerſa, ac præſertim primis illis temporibus, ab Apoſtolorũ exemplo & traditione diſceſſiſſet.

IVNIVS. *Conſtare negamus de hac conſuetudine. Id quidem conſtat, primùm Epiſcopos & Presbyteros eoſdem fuiſſe, ut controverſiâ 5. docebitur: poſteà ubi Epiſcopus Compresbyteris ſuis præpoſitus, ad Concilia fuiſſe Epiſcopos miſſos potiùs quàm alios, adjuncto uno aut altero de Compresbyterorum aut Diaconorum Eccleſiæ numero, & ſuo ipſius adjunctorumq; ſuorum & Ecclesiæ aut Provinciæ nomine,* quæ ablegaverat, *ſubſcripſiſſe: tum etiam, ſi non eſſet integrum Epiſcopo, aut certa de Cauſa videretur, in Concilijs Presbyteros plenarias geſſiſſe Epiſcoporum vices delegatione: quemadmodum in ipſo Concilio Nicano 1. factum. Sed Preſbyteris aut Diaconis, qui interfuerunt, non fuiſſe ſuffragium qui probetur? Videatur Concilium Apoſtolorum Act. 15. Romanum, Carthaginenſe illud cui Cyprianus præfuit, Antiochenum 1. Romanum contra Marcellinum Papam,*

Alexan-

Alexandrinum contra Arrium apud Gelaſium Cyzicenum, Romanum alterum ſub Sylveſtro, Eliberinum, Arelatenſe ſecundum, Aquilejenſe & ſimilia multa. De Nicæno 1. & Conſtantinopolitano 1. diximus ſupra. Nam in his vicem Epiſcoporum functi ſunt, in illis conſultationis, ſententiæ dictionis & ſubſcriptionis fuerunt conſortes, etiam cum literæ perſcriberentur Cōciliorum nomine.

BELLARM. Quod tam Apoſtoli quam Seniores locuti ſint, donec diſcutiebatur controverſia, colligitur ex verbis illis: *Et cum magna diſquiſitio fieret.* Quod verò poſt diſputationem ſoli Apoſtoli ſententias definitivas dixerint, patet ex eo, quod ſoli, Petrus, Paulus, Barnabas & Iacobus introducuntur à Luca loquentes.

IUNIUS. *Atqui Barnabas non fuit Apoſtolus, nec dici poteſt Apoſtolus niſi* καταχρηστικῶς. *Deinde non ſequitur ex falſa loci interpretatione. Nam quemadmodum in omnibus judicijs atque conſeſſibus res in conſiliū mittitur primum, deinde diſceptatur quæſtione & altercatione, at in conſultatione poſtremò ſententiæ dicūtur ſingulares, quæ communi ejus, qui præeſt, ſententiâ concluduntur, ita hic accidit. Paulus itaque & Barnabas primum rem, de qua extra concilium communicaverant verſu 5. miſerunt in conſilium; & alij Adverſarij, qui Antiochiâ cum illis venerant, in contrarium diſceptaverunt verſ. 7. poſtea ad contrarias altercationes dirimendas, per modum communicationis eos qui altercabantur & diſceptabant contra Paulum & Barnabam revocavit Apoſtolus à fervore iſto, & ſuo monito (quod habebat ſententiæ vim) ut Princeps ſententiæ ita compeſcuit, ut taceret tota multitudo illa, & cederet demonſtrationi Spiritus loquentis in ipſo verſ. 12. Ex quo factum eſt, ut illis ultro manum porrigentibus veritati, omnes uno conſenſu et ſine contradictione audirent Barnabam et Paulū exponentes quanta Deus edidiſſet ſigna & prodigia per ipſos inter gentes, ibidem. Quamobrem, poſtquam ipſi conticuiſſent, Iacobus percepta conſenſione omnium, tanquam præſes conſeſſus & loci (ut tradunt) Epiſcopus conclusit de ſententia omnium, & ex concluſione ipſius perſcriptio facta eſt, Apoſtolorum Presbyterorum & fratrum Hieroſolymitanorum nomine. verſ. 22. & 23.*

BELLARM. Quod ſoli Apoſtoli ſentētias dixerint, patet ex cōtinuatione textus: nam poſt Petri ſententiam mox ſubditur: *Tacuit autem omnis multitudo & audiebat Paulum & Barnabam.* Deinde ſubditur.

ditur: *Et poſtquam tacuerunt, nimirum* Paulus & Barnabas, *reſpondit Iacobus, dicens*: & mox finitâ Iacobi oratione ſubjungitur: *Tunc placuit Apoſtolis*, &c.

IVNIVS. *Fallitur Bellarminus proceſſus juſti ignoratione, quem tamen Lucas exprimit evidentiſſimè, ut proximè docuimus. Nam etſi Petrus ſubſtantiam enunciavit illius ſententiæ quam fuiſſet dicturus, ſi eouſque fuiſſet ventum, tamen tota illius Oratio per modum communicationis & monitionis Chriſtianæ apud diſceptantes eſt habita: cujus virtute illi contradicentes ita fuerunt victi, ut omnes conticuerint, & Barnabam Paulumque audiverint. Cum itaque jam in reipſa per Dei gratiam ſummus omnium conſenſus eſſet, non fuit cur in conſilium ampliùs mitteretur: ſed Iacobus præſes conſeſſus ex re præſente ſumens argumentum, id unum in Conſilium miſit, quæ ratio cum fratribus abſentibus in hac cauſa ineunda eſſet: quam ubi explicuiſſet, omnes in ſententiam ejus iverunt pedibus: licet non corrogatis ex ordine ſingulorũ ſententijs. Sic finita ejus Oratione ſubjungit Lucas:* Tunc placuit Apoſtolis & Presbyteris cum tota Eccleſia delectos ex ſeſe viros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primarios inter fratres, Iſtis per eorum manum ſcriptis: Apoſtoli, & Preſbyteri & Fratres ijs qui ſunt Antiochiæ & in Syria, & in Cilicia fratribus, *&c: atque hæc magis illuſtrant ſacram Lucæ hiſtoriam.*

BELLARM. Mendacium igitur eſt quod Magdeburgenſes dicunt omnes, qui ibi erant, ſententiam ſuam dixiſſe.

IVNIVS. *Quidni? cum præſertim de re ita conveniret, ut ſublatâ omni diſceptatione in Iacobi ſententiam pedibus itum ſit, quaſi per diſceſſionem, et ſi non contendo. Vide ſupra.*

BELLARM. Similiter in Concilio Carthaginenſi adfuerunt cum Epiſcopis etiam Preſbyteri, Diaconi & Laici permulti, & tamẽ ſoli Epiſcopi ſententias dixerunt.

IVNIVS. *Probari non poteſt: nam moris erat, ut Epiſcopi ſuos Preſbyteros & Collegas, Metropolitani ſuos Epiſcopos, Patriarchæ ſuos Metropolitanos conſulerent, &* ſuam communem *referrent ſententiam, prout* in mandatis *habebant ſinguli, ut reſponderent, ſive per ſe, ſive de collegarũ, qui aderant* ſuffragijs.

BELLARM. Sicut in Comitijs generalibus multorum ſtatuũ congregari

congregari ſolent Conſules vel domini Civitatum, ſic in Comitijs Eccleſiæ generalibus congregantur omnes Epiſcopi: *nam quilibet Epiſcopus perſonam gerit ſuæ Eccleſiæ*, ut patet ex Cypriano, &c.

IVNIVS. *Nempe prout* in mandatis ab Eccleſia habet *aut ſolus aut cum ijs qui ex Presbyterio allegantur quaſi ad latus ipſorum. Quam rē pij quique Epiſcopi olim expetiverunt atque obſervarunt argumento & exemplo Pauli 2. Corint. 8. 20.* vitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac exuberantia quæ adminiſtratur à nobis; ut qui procuremus ea quæ honeſta ſunt, non ſolum coram domino, ſed etiam coram hominibus. *Hæc prudētia, modeſtia, charitas ſervis Chriſti pernceſſaria, cujus neſcij ſunt in hoc tempore Epiſcopi.*

BELLARM. Cauſa quidem fidei ad omnes pertinet, ſed diverſo modo: nam ad prælatos pertinet ut doctores, ad cæteros ut diſcipulos.

IVNIVS. *Falſum: nam de cauſa fidei dicere ad eos omnes pertinet, qui Prophetæ dono et vocatione ſunt, etiam Presbyteros et Diaconos, quāvis non Prælatos ſecundum circumſcriptionem à Bellarmino poſitam. Sic enim Paulus præcipit 1. Cor. 14. 32. Eos, qui Prophetæ non ſunt, æquum eſt ſilentes audire et ſanctis definitionibus aſſentiri.*

BELLARM. Quod verò attinet ad verba Nicolai 1. quæ habentur diſt. 96. Can. ubi nam. *Ubinam legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros Synodalibus conventibus interfuiſſe, niſi fortè in quibuſdam, ubi de fide tractatum eſt, quæ univerſalis eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolùm ad Clericos, verum etiam ad Laicos & omnes omninò pertinet Chriſtianos)* Reſponderi poteſt Nicolaum ex eo, quod fides communis eſt omnibus, rectè collegiſſe, Imperatorem debere intereſſe, non quidē ut Iudicem, ſed ut eum, cui incumbit defendere communem fidem edictis ac Legibus, &, ſi oporteat, etiam gladio.

IVNIVS. *Imò verò omnes pios et non ſolum Imperatorē intereſſe poſſe, ut citra Ordinis perturbationem, et de fide conſulant, et inſtituantur communicatione: prout in ipſo Concilio Nicæno 1. teſtantur factum Philoſophorum hiſtoriæ apud Gelaſium Cyzicenum, Ruffinum et Nicephorum lib. 8. hiſt. Eccleſ.*

BELLARM. Quod objicitur unius privati ſententiam anteponendam eſſe ſententiæ Papæ aut Concilij, ſi privatus melioribus moveatur

moveatur auctoritatibus,&c. Reſpondeo hæc fieri poſſe ante Concilij definitionem, dum cauſa diſcutitur, nullo modo poſt definitionem Concilij legitimi.

IVNIVS. *Negatur reſponſio: Nam 1. ſententia unius privati, ſi ex Scripturis eſt, ſententia eſt Principis Eccleſiæ id eſt, Christi, quamvis per os hominis privati enunciata: ac proinde per ſe principalem auctoritatem habet. 2. tenet quidem primas auctoritas perſonæ publicæ atque Concilij* κατά τι, *ſi cum privato homine comparaveris, ſed cum auctoritate Principis et legis principalis, id eſt, Scripturæ Sacræ non poteſt ratione ulla comparari: ſi conſentit, ſecundas tenet miniſterio ſuo, ſi diſſentit, nullas. 3. Concilium legitimum eſt aut illegitimum duobus modis, aut ortu aut actu, idq; ſecundum totum aut partem ipſius maximam, minimam, mediocrem, etc. quis hic legitimè univerſalem faciat de Concilijs affirmationem? nam etiam uſu venit, ut Concilium ortu legitimum rem actu ſtatuat illegitimam; ut illi Concilio Carthaginenſi, cui Cyprianus præerat, accidit et alijs conſimilibus. Nullum Concilium præjudicare poteſt veritati: Hanc ſi vel Laicus liberè non defenderit, proditor veritatis eſt. 11. q. 3. c.* nolite timere, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti, *ait Auguſtinus lib. 3 de Baptiſmo contra donatiſtas cap. 5. et repetitur diſt. 8. can. qui contemptu.*

BELLARM. Epiſcopi quidem debent eligi qui ſint optimi & doctiſſimi: auctoritatem tamen judicandi habent non quia docti ſunt, ſed quia ſunt Perſonæ publicæ, id eſt, Principes habentes Eccleſiaſticam Iuriſdictionem.

IVNIVS. *Negatur: nam utrumque eſt opus, donum et vocatio. Planè illegitima in Eccleſia eſt vocatio ſine donorum exploratione et conſcientia. Epiſcopos autem Principes eſſe,* ut Epiſcopos, *inſtituto Dei,* παραδοξότατον. *Adminiſtri ſunt; non Principes Eccleſiæ dati.*

BELLARM. Sed privatum judicium eſt ſententia quam quiſque ſibi eligit uti veram, ſed neminem obligat. Publicum verò eſt quod profertur à publico Iudice cum auctoritate, ita ut teneantur cæteri illi judicio acquieſcere.

IVNIVS. *Dicendum erat; quod profertur à publico Iudice, vel adminiſtro ipſius cum auctoritate illius ſumma et hujus limitata ex inſtrumento auctoritatis publicæ et commiſſione (ut vocant) ipſius.*

BEL-

Bellarm. Vbi verò legimus diſceptatum coram populo de fide, id factum eſt, quod publicum judicium obtineri non poſſet, ut privatum judicium populo relinqueretur.

Ivnivs. *Ex his ſemper concluditur (quod vulgò dici ſolet)* vox populi, vox Dei, *id eſt, ſi commune judicium populi ex veritate conſtabit, id magis audiri oportere, quam eorum, qui vocationis ſuæ auctoritate freti ſine ſcientia aliquid decernunt præter veritatem.*

Quot Epiſcopi requirantur ad Generale Concilium.

CAP. XVII.

Bellarm. Ex Epiſcopis nullus excluditur, undecumque veniat, modo conſtet eum eſſe Epiſcopum & non excommunicatum.

Ivnivs. *Huic conditioni addendam eſt: primum, ut Epiſcopi ſive ſacrorum adminiſtri* publica auctoritate delegati veniant, ſive Eccleſiæ ſuæ nomine, ſive (ut vocant) comprovincialium, ſive nationalium ex ordine, *niſi fortè privatâ de causâ & ultro veniant: ſecundò ut* literis Synodalibus *aut encyclijs & juſto comitatu inſtructi ad res Eccleſiæ, Provinciæ, &c. à quibus delegati ſunt, teſtandas, communicandas inter ſe & probandam fidem operamque ſuam, tum Synodo, ad quam veniunt, tum ijs, quorum delegatione comparent, tum D. Ieſu Chriſto, cujus ſunt adminiſtri.*

Bellarm. Si Concilium in Oriente celebrandum, ſemper viſum eſt ſufficere, ſi ex provincijs omnibus Orientis Epiſcopi cõveniant multi: ex toto autem Occidente mittantur aliqui à ſummo Pontifice, qui ſuppleant aliorum locum.

Ivnivs. *Dicendum eſt ab Eccleſiis, vel à Synodo Eccleſiarum Occidentalium: nam Pontificis perſona hîc φενακίζεται, ut diximus controverſiâ 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

An Epiſcopi in Concilio ſint Conciliarij, an verò Iudices: item qualia ipſorum judicia, qualis poteſtas.

CAP. XVIII.

BELLARM. Hæretici huius temporis in hoc ferè omnes cõveniunt, quod Concilium non ſit niſi inquiſitio, & quod ſolus Chriſtus & verbum eius habeat ſuffragium deciſivum.

IVNIVS. *Falſum: nam Conciliorum eſſe & inquiſitionem veri, juſti, ſancti, religioſâ communicatione & dictionem ſententiæ miniſtratoriã; ſolius verò Chriſti per Spiritũ & Scripturam ſuam judicium eſſe deciſivum, quod Patres Concilij inveſtigant in Scripturis et ex Scripturis pronunciant, velut tabulis mandati ſui, extra quas nec ipſis pronunciare fas, nec fas Chriſtianos obſequi extra tabulas mandati & limitatum miniſterium ipſorum pronunciantibus. Hoc Legatus Principis non poteſt; & poſſent legati Dei? Itaque ſententia Concilij per ſe ipſa ſuaſionis, non coactionis eſt;* judicium miniſteriale, *non auctoritatem per ſe, neceſſitatemq; adferens; prout eſt judicium œconomiæ, vel diſpenſationis in domo aliqua vel familia præſentis Domini.*

BELLARM. Dicunt etiam non eſſe attendendum numerum ſuffragiorum.

IVNIVS: *Nempe abſolutè & neceſſariò per ſe, ſed κατά τι ſolum.*

BELLARM. Item eſſe unicuiuſque decreta Concilij examinare & recipere vel non recipere ut voluerit.

IVNIVS. *Hoc nemo noſtrum tam indiſtinctè enunciavit, ſed lib. 2. videbitur.*

BELLARM. Kemnitius paſſim Catholicos reprehẽdit quod Epiſcopis tribuant auctoritatẽ prætoriam judicãdi de cõtroverſiis.

IVNIVS. *Quid ni? poteſtas enim ſervorum Dei in Eccleſia non prætoria, ſed* miniſtratoria *eſt, ſi ſapiunt: deſipiunt, ſi plus arrogant vocationi ſuæ.*

BELLARM. Hæretici contendunt unum, qui ex ſcripturis oſtendat

ſtédat quid ſequendum, præponendum eſſe Concilio numeroſiſſimo, etiamſi arenarum numerum vinceret.

IVNIVS. *Id eſt, oportere vt Conciliorum judicia definiant non opinione hominum, ſed veritate Dei in ſcripturis expoſita, velut tabulis publicis mandati ipſorum.*

BELLARM. Nos vero Catholici dicimus Conſeſſum Epiſcoporum in Concilijs legitimis eſſe verum Iudicum conſeſſum, & eorum decreta & leges eſſe neceſſario ſequendas.

IVNIVS. *Negamus hoc dictum ſimpliciter, & probationes ejus.*

BELLARM. Probatur. 1. Deut. 17. ubi jubentur qui dubia habent recurrere ad Sacerdotum Concilia, & *Qui non obedierit eorum ſententiæ, morte condemnetur.*

IVNIVS. *Non ſequitur ex diſpari, nam tum in rebus obſcuris edebantur revelationes per ſigna & reſponſa Dei. Præterea conceditur, ſervatâ clauſulâ ſalutari, quam ibi poſuit Moſes,* ex præſtituto legis quam docuerint te, *&c. vt antè diximus.*

BELLARM. 2. Probatur ex Mat. 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut Ethnicus & Publicanus.* Qui locus etſi varias explicationes admittat, tamen cùm Concilium legitimum omnium cõſenſu maximè propriè dici poſſit *Eccleſia*, non poteſt ullo modo rejici hæc explicatio, quâ aſſerimus Dominum juſſiſſe ut ſententiæ legitimi concilij obediamus.

IVNIVS. *Et hoc conceditur, veruntamen adjunctâ illâ quoque ſalutari clauſulâ, quam apponit Chriſtus,* ubi ſunt duo vel tres coacti in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, *Matth. 18.20. ubi autem non eſt veritas, charitas, humilitas, ibi non eſt Chriſtus. Detur juſtum Concilium ejuſmodi, certè judicium ejus ſecundum Chriſtum agnoſcemus: ſed de iſtis concilijs nihil tale comperimus in hoc tempore.*

BELLARM. 3. probatur eb Act. 15. & 16. ubi Paulus pertranſiens civitates varias, præcipiebat eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis in Concilio Hieroſolymitano.

IVNIVS. *Non ſequitur ex particulari, ſi cuſtodienda fuerunt decreta Concilij Apoſtolici, ergò & omnium ſervari oportere.*

BELLARM. At in hoc Concilio non ex Scripturis, ſed ad ſuffragia Apoſtolorum definita eſt quæſtio. ubi enim quæſo ſcriptum erat, ut gentes non ſervarent legalia excepto mandato de abſtinẽ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tia à ſanguine, ſuffocato & immolatitijs?

IVNIVS. *Falſa omnia, nihil in eo Concilio non ex Scripturis conſtitutum, ut demonſtravimus controv. 3. lib. 4. cap. 16.*

BELLARM. Præterea Apoſtolorum ſententia non fuit permiſſa examini diſcipulorum, ſed ſimpliciter imperatum fuit ut obedirent: Quare adverſarij, qui Conciliorum ſententiam examinari volunt ab unoquoque homine privato, cum ſcriptura manifeſtiſſimè pugnant.

IVNIVS. *Hæc notatio tota ex falſa hypotheſi proficiſcitur. Nam primum communis fuit omnium tum Apoſtolorum, tum Seniorum Eccleſiæq; ſententia per Spiritum veritatis docentem omnes, ut ſentirent* ὁμοθυμαδὸν. *Atque hæc juſta Conciliorum ratio, quibus præeſt Chriſtus. Secundò ratio diſpar eſt Apoſtolorum & aliorum omnium. Nam Apoſtolorum ſingulare fuit quod in ſua vocatione divinam veritatem* θεοπνεύστως *&* ἀναμαρτήτως *expreſſerint: quamobrem non examinantur illi: ſed ab illorum judicio pependerunt Eccleſia, & examinantur illa & pij ſinguli ex Scriptura, quam Apoſtoli, qui in hac legatione ſupra Eccleſiam erant, tradiderunt.*

BELLARM. Denique & Apoſtolorum definitio vera lex fuit obligans in conſcientia, quod Lucas ſatis oſtendit cùm modò præcepta modò decreta & dogmata appellat.

IVNIVS. *Diſtinguendum ut ante controv. 3. l. 4. c. 16.* ibi & lib. 5. In quibuſdam locis ſic docet Iunius; *quæ propter uſum hic ſubjungam:*

Principem alterum Eccleſiaſticum quam Chriſtum negamus eſſe.
Eccleſia, *ut Eccleſia*, ſolùm Regem Principemque habet Chriſtum, & confitetur Symbolo Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ ac non alium quenquam.

Vnus eſt legiſtator animarum, id eſt, Religionis, Deus Iacob. 4, 12. gloriam ſuam alteri non dabit.

Epiſcoporum, Prælatorum non eſt ἐντολὰς ſive mandata dare: non præcepta ſed ordinationes διατάξεις: tum ſi præcepta, certè ut præconum adminiſtrorumque ejus (Chriſti) non ut auctorum: quid enim ſunt veri prælati niſi adminiſtri Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei 1. Cor. 4, 1. Idem eſt reipſa præceptum (ſi præceptum eſt) præconis & Principis; ſed ratio diverſa, cùm præce-

ptum

ptum à Principe auctoritatem habeat, præconis ſola ſit relatio illius: nomine verò præceptum utriuſque dicitur.

Præceptum Sacerdotis in Vet. Teſtamento non obligabat, quà reſponſum erat illius; ſed obligabat reſponſum Dei, ſive ordinariè per Scripturam certam, ſive extra ordinem per revelationem ſingularem (quæ tum in uſu erat ex promiſsione Exod. 25.) datum. Obligabat, inquam, Dei ut Principis in Eccleſia unici reſponſio per ſe: non Pontificis (qui præco erat & adminiſter Domini) relatio. In illa veritas auctoritáſque per ſe, in hac ſignum: illa per ſe obligans ſimpliciter; hæc ſigno obligationem ex illa ſignificans.

Auctoritas vera præcipiendi qualis eſt in Principe politico, Deo ſoli in Eccleſia competit. Epiſcopus non alia eſt quàm referendi & ſignificandi auctoritas.

Nemo homo poteſt efficere ullo præcepto ſuo, ut actus per ſe indifferens ſit *per ſe* bonus, ſi illud *per ſe* propriè dixeris. Si quæ eſt Juſti Epiſcopi in præcipiendo auctoritas ea ad decorum ſolum ordinémque pertinet, non ad ſubſtantiam rerum divinarum.

Quæ Deus præcipit, ea juſtas conditionis leges omni ex parte obtinent, auctore & auctoritate, materiâ, formâ, fine, omnibus circumſtantiis: quæ autem homo, ea abſunt longiſsimè à perfectione divini inſtituti, & quæ optima ſunt in eis, non à ſua, ſed à miniſterii auctoritate valorem habent.

In miniſterio verbi duæ concurrunt efficientes cauſæ præceptorũ, monitorum & documentorum eius. Vna principalis & perficiens cauſa Deus: altera inſtrumentalis homo: inſtrumento autem qui auſcultat dum agitur à principali cauſa, idem auſcultat principali cauſæ. Ac inſtrumenta quidem inter ſe ſunt inæqualia, tum ordinaria, tum extraordinaria: ſed nullum eorum planè (quod ſibi tamen Pontifex arrogat) plenitudinem illam affectatam & decantatam obtinet: plenitudo ſolius eſt principalis cauſæ.

Paulus cùm dicit: *ſecundum poteſtatem quam mihi dedit Dominus*: agit de poteſtate ſingulari & Apoſtolica, non autem de communi ulla: Tum ſi de poteſtate communi (quod negamus) placebit

 accipi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

cipi, aliud eſt poteſtas ſublimior, de qua dicit Apoſtolus: *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, &c. aliud poteſtas miniſterialis, ut janitorum eſt, quibus claves datæ, & præconum vel adminiſtrorum myſteriorum Dei.

Eccleſiaſtica poteſtas miniſterium eſt, non poteſtas propriè αὐτοκρατορικὴ, ut illa Politica. Paulus verò Rom. 13. de poteſtate propriè ſimpliciterque dicta loquitur, ut illa oſtendunt: *non enim ſine cauſa gladium gerit*. Addit: *nam Dei miniſter eſt, vindex ad iram ei qui malè fecerit*, &c. ut miniſterium liberum auctoritatis cogentis humano ordine à miniſterio limitato & præfinito ſacrarum rerum (ubi ſolus eſt Dominus, legiſlator & vindex Deus) diſtingueret.

Legum aliæ per ſe ſimpliciterque obligant, aliæ minimè. Quæ autem non ſemper obligant, eæ quidem obligant, ſed non per ſe: leges Magiſtratuum Politicorum non ſemper obligant; non igitur per ſe.

Leges Principum non obligant per ſe ſimpliciterque ratione formali ſua: ſed obligant ratione communi divinæ ordinationis & ſecundum illam; quod eſt veriſsimum.

Eæ ſolum leges humanæ neceſſariæ ſunt in Eccleſia, quæ eò pertinent, ut omnia decenter & ordine fiant. 1. Cor. 14, 40. deinde eæ impropriè dicuntur in Eccleſia leges, cùm non habeant in ſe omnes juſtas conditiones legis: διατυπώσεις & canonas potiùs dixerunt Patres & melius.

Omnis vera lex habet vim coactivam: hoc datur de ea, quæ verè & propriè lex eſt; Eccleſiaſtica autem διάταξις, ſive diſpoſitio non verè lex eſt, ſed διατύπωσις aut canon: ac proinde dirigit quidem ut canon agentem voluntariè: non autem neceſsitate cogit, ut lex, etiam involuntarium. Quod ſi fortè accidit coactio, ea non eſt de natura canonis, ſed aliundè provenit.

Scriptura ſacra eſt perfecta divinitus; eoque nec contra ipſam, nec præter ipſam lex addi aut minui in Eccleſia poteſt. Imo ſi quæ inſuper adduntur ex facto, ſunt contrariæ verbo Dei, quod ſibi addi aut minui vetat.

Leges re & ratione, & modo perfectæ divinitus ſunt à Deo: Ab Eccleſia non ſunt leges propriè, ſed cautiones διατυπώσεις καὶ διατάξεις.

gue. Illæ ſunt neceſsitatis, hæ commoditatis ad Legum divinarum obſervationem voluntariæ.

Negamus Deum eſſe primarium legiſlatorem in Eccleſia ſua, nam ſolus eſt univocè, & à Iacobo unus expreſsè dicitur, primarius non eſt niſi æquivocè.

Omnibus modis conſcientia ad forum ſolius Dei pertinet univocè, propriè & per ſe: ad auctoritatem, inquam, jus, cognitionem & judicium ipſius: ad hominis forum minimè pertinet, niſi æquivocè atque per accidens propter unionem animæ cum corpore & hominis interni cum externo, cui homo fert leges cum obligatione conſcientiæ per accidens, ſed limitata, ut vocant. Quemadmodū n. humana anima in loco elementari & corporali non eſt per ſe, ſed tantum per accidens, quà eſt in corpore adunata ipſi, ita & conſcientia in foro humano non eſt per ſe, nec fori humani eſt; ſed per accidens, quà homo exterior, cui conjuncta eſt, ad forum humanum pertinet. Nam in rebus interioribus Deus ſibi auctoritatē imperiumq́. reſervabit ſoli: in exterioribus homo eſt *adminiſter Dei vindex ad irā ei qui quod malū eſt fecerit. Quapropter neceſſe eſt ſubjici*, exteriorē puta hominē Magiſtratui, *non ſolum propter irā*, quæ hominē exteriorē multat, *ſed etiā propter conſcientiā*, quæ nō per ſe obligata eſt humano imperio, ſed per concomitantiā (ut ita dicamus) quà homo exterior eſt obligatus Magiſtratui ut adminiſtro Dei, idq́. conſcientiæ ipſius teſtimonio hominem accuſantis intus, aut excuſantis coram Deo.

Servus mandatum Domini ſui referens ad conſervum ſuum obligat illius conſcientiam inſtrumentali miniſterio ſuo, at cognitioni ſuæ aut foro ſuo minimè obligat. Hoc nunquam Dominus quiſquam daturus, nunquam ſervus fidelis aſſumturus.

Coactio varia eſt; alia neceſsitatis, etiam invitos tenens & impellens, atque hæc penes Magiſtratum eſt: alia voluntatis, non niſi voluntarios ſuaſione ducens, involuntarios deſerens excludenſque, atque hæc eſt Eccleſiaſtica.

Diſpar omninò ratio eſt politicæ poteſtatis & Eccleſiaſticæ. Illa abſoluta eſt & principalis: hæc limitata & miniſtratoria ſolum. Rex enim Deo ſubjectus eſt, quia nulla eſt poteſtas niſi à Deo; at non ſubjectus eſt præconi illius, etſi præconem propter mit-

tentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

tentem audit. Hoc reſpondet Iunius ad illa Bellarmini: *Politica poteſtas habet ſuos Principes, leges, judicia, &c. ſimiliter Eccleſiaſtica ſuos Epiſcopos, Canones, judicia: illa habet pro fine temporalem pacem, iſta ſalutem æternam.*

Dicit Bellarminus inferiorem poteſtatem ſuperiori eſſe ſubjectam & ſubordinatam, reſpondet Iunius diſparem eſſe rationem; ſuperior eſt ſolus Deus, cui & Eccleſiaſtica ſubordinata, non niſi miniſterialis eſt.

Dicit Bellarminus; ſi accidat poteſtatem temporalem obeſſe fini ſpirituali, poteſtatem ſpiritualem poſſe & debere coërcere temporalem omni ratione & viâ, quæ ad id neceſſaria videbitur: Reſpondet Iunius concedi hoc de via monitionis, quâ miniſtri Dei utuntur, ut præcones & ſervi ipſius: de via coactionis & neceſsitatis humanæ falſum eſſe: in alienũ jus involari nuſquam mandaſſe Deum.

Dicit Bellarminus poteſtatem Spiritualem, ut ſuperiorem, poſſe imperare temporali, ut inferiori, eo quod omnis ſuperior imperet inferiori. Reſpondet Iunius: Antecedens diſtinguitur. Nam poteſtas ſpiritualis ſpectatur duobus modis, ut Dei, vel ut Eccleſiæ, vel adminiſtrorum Dei. Poteſtati Dei omnia ſubjecta ſunt: Eccleſiaſticæ verò poteſtati civilis ſubjecta eſt ſecundum quid (*quatenus Dei præconi ſcilicet*) ac non abſolutè; in rebus ſpiritualibus, non temporalibus; voluntate, non neceſsitate, ad monita & inſtituta miniſtratoria, non ad coactionem (ut vocant) auctoritativam, quæ Dei ſolius eſt in hoc argumento: nempe tanquam ad vocem præconis aut interpretis, qui tantiſper eſt audiendus, & obligat auditores ſuos, dum fungitur legatione ſuâ. Conſequens verò negatur. Nam nec præco, aut etiam fecialis ipſe præconum honoratiſsimus imperare poteſt, nec de minima re auctoritate præconii ſui diſponere.

Dicit Bell: ſubordinari facultates, ut ſubordinantur fines: ideoque temporalem ſubordinari ſpirituali. Reſpondet Iunius: Non ſequitur duabus de cauſis. Primum, quia ratio eſt differens poteſtatum, cùm politicæ ſit abſoluta auctoritas, Eccleſiaſticæ ſolùm miniſtratoria. Deinde incõſequens eſt à non diſtributo: Si enim dicamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

dicamus, ut ſubordinatæ ſunt facultates, ita & fines communiter: ergo poteſtas civilis ſubordinata eſt ſpirituali communiter, nempe prout Dei poteſtas cum legatione ſervorum ejus conjuncta eſt: hæc ſententia eſt veriſſima: ſed ſi dixeris, ergò ſubordinata & ſubjecta eſt ſpirituali Miniſtrorum poteſtati, negatur argumentatio: Nam à toto univerſali, negativæ quidem ſunt neceſſariæ non autem affirmativæ, præſertim eæ quæ de parte aliqua minus principali enunciantur.

Dicit Bellarminus temporalia à Spiritualibus pendere, illiſq. ſubjici. Reſpondet Iunius: Æquivocè: nam quæcumque pendere dicuntur, aut materiato modo pendent, quem contactum corporalem vocant, aut ſpirituali, quem contactum virtutis. Membra quædam ab aliis corporaliter, quæ non propterea ſubjiciuntur illis: cor, epar, &c. pendent, an ideò ſubjecta ſunt? Connexa ſunt igitur: at non quæcumque connexu pendent, iis de quibus pendent, ſubjecta ſunt. Malè ergò iſtud ex æquivocatione concluditur quod particulare eſt. Tum eſt ſanè: pendeant temporalia à ſpiritualibus quaſi contactu virtutis: at ſecundum rationem ſuam dependent ſingula. Eſt autem ratio communis, eſt & ſingularis: In eo quod commune eſt pendent hæc ab illis, in eo quod proprium & ſingulare eſt, non pendent. Temporalis autem adminiſtratio propria & ſeparata eſt: quod vel ex Bellarmini dicto probamus cap. præcedente, politiam infidelium ſine ſpirituali conſiſtere & politiam eſſe. Poſtrema accedant quæ antè diximus. Pius Lector facilè animadverſurus eſt malè ab eo quod ſecundum quid duntaxat verum eſt diſputatorem concludere ſimpliciter. Nam ex contrario res ſpirituales à corporalibus viciſſim pendent ratione & modo. Ratione, quia homines ſunt rerum ſpiritualium adminiſtri, non autem ſpirituales ſimpliciter: modo quia ordo & modus actionum etiam in rebus ſpiritualibus hîc temporalis eſt. Res in ſe pendet à Deo ſolum quà ſpiritualis eſt, non ab ullo homine: ſed in ſuppoſito, per accidens (ut loquuntur) non primò & per ſe temporales conditiones ſuſcipit.

Dicit Bellarminus; ſi temporalis adminiſtratio impedit ſpirituale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

bonum, omnium judicio tenetur Princeps temporalis mutare illum modum adminiſtrandi etiam cum detrimento temporalis boni, Ergo ſignum eſt, ſubjectam eſſe temporalem poteſtatem ſpirituali. Reſpond. Iunius. Antecedens verum eſt, teneri ad imperium Dei, cuius voluntas ſumma ratio eſt atque neceſſitas: ſed non ſequitur teneri ad imperium ullius poteſtatis ſpiritualis præterquam Dei: quia nulla ſpiritualis poteſtas in hoc ſeculo imperium habet, ſed tantùm miniſterium. Concluſionem itaque diſtinguimus: nam ſi poteſtatem ſpiritualem in communi indiviſo dixeris, verè dici poteſt: ſin commune indiviſum ad poteſtatem ſpiritualem hanc vel miniſterium potiùs reſtrinxeris, veritati & rationi adverſatur.

Contendit Bellarminus neceſſarium eſſe, ut Reſpublica Eccleſiaſtica (ut quæ debeat eſſe perfecta, & ſibi ſufficiens in ordine ad finem ſuum) habeat poteſtatem utendi & diſponendi de rebus temporalibus, quia alioquin poſſent mali Principes impunè fovere hereſes, & evertere Religionem: igitur habere hanc poteſtatem Rempub. Eccleſiaſticam. Reſpondet Iunius: Non valet conſecutio: debet eſſe perfecta, eſt igitur: nam contra imperfecta eſt in ſe, quamvis perfectionem habeat in capite ſuo Chriſto Col. 2. ac proptereà plenam & perfectam poteſtatem, ut imperfecta, habere non poteſt in hoc ſeculo: non habet igitur. Ac neceſſarium quidem eſt ut ſit poteſtas ejuſmodi: ſed non eſt neceſſarium ut poteſtas ſpiritualis hominum ſeu Eccleſiaſtica habeat poteſtatem iſtam (quæ Dei ſolius eſt & Domini Ieſu Chriſti) quandoquidem hanc poteſtatem ab illa diſparavit Deus, & ſibi ſoli juriſdictionem ſummam in utramque reſervavit, adeo ut nullo jure poteſtas politica in Eccleſiaſticam, aut Eccleſiaſtica in politicam uſurpare imperium poſſit. Contra id apprimè eſt neceſſarium, ut ſuis finibus utraque contineat ſeſe, ac non invadat alienos, ut Bernardus lib. 1. de conſideratione dicit.

Bellarminus argumentatur: Lupi, qui *Eccleſiam* Dei vaſtant, hæretici ſunt, ut patet ex illo Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis, &c.* Si ergò Princeps aliquis ex ove aut ariete fiat lupus, ideſt, ex Chriſtiano fiat hæreticus, poterit paſtor Eccleſiæ eum arcere per excommunicationē, & ſimul jubere populo, ne eum ſequantur,

tur, ac proinde privare eum dominio in ſubditos. Reſp. Iunius: Conſequens iſtud ambiguum & falſum eſt. Nam primum falſum eſt, Principem fieri lupum in eum modum, quo Chriſtus locutus eſt Matth. 7. Deinde ambigua ſunt illa: *poterit Paſtor Eccleſiæ eum arcere*, &c. id enim eſt ſolum, excludere ab hæreditate Dei modo Eccleſiaſtico, non autem politico deturbare de hæreditate aut regno ſuo, quod ἀσυλλογίστως diſputator infert. Tum qui Paſtor! Rom. Pontifex ſcilicet, ὁ παντεπίσκοπος, non ſolum ἀλλοτριοεπίσκοπος, quod lib. 2. confutavimus. Sic concluſionis prius membrum accipimus, ſi benè intelligitur: ſed poſterius negamus, Principem Dominio in ſubditos à paſtore privari poſſe.

Dicit Bellarm: Paſtorem, ſi Princeps Catholicus adeo malus ſit, ut multum obſit Religioni Eccleſiæ, ut ſi Epiſcopatus vendat, Eccleſias diripiat, eum poſſe recludere & redigere in ordinem ovium. Iunius reſp. de Pontifice negatur: de Chriſto verum eſt abſolutè: de ſingulari paſtore ullo verum eſſe non poteſt. Quod ſi de Eccleſia dicitur & Cõcilio aliquo ipſius, tamen quanta cautione in hac re uti oporteat, omnes Patres docent: inprimis Auguſtinus lib. 3. contra epiſtolam Parmeniani cap. 2. præcipiens, ut ſi quis deprehendatur in peccato digno excommunicatione, demum excommunicetur, *ubi periculum ſciſmatis nullum eſt*, quod periculum in cauſa Principum proclive eſſe quis neget: Atque hoc ipſum præceptum ſic Gratiano arriſit, ut in Decretum ſuum retulerit 23. quæſt. 4. c. cùm quiſque. ſic Pontificibus diſplicuit, ut ne ſemel quidem illius recordati ſint, quum adverſus Imperatores, Reges, Principeſq́. exarſerunt. Id Chriſtus fecit, ſcilicet.

Dicit Bellarminus Pontificem poſſe ac debere Reges, niſi fecerint officium, etiam cogere per excommunicationem, aliaſque commodas rationes. Reſp. Iunius de Pontifice negamus. De Paſtoribus Eccleſiaque non negamus ſimpliciter: ſed veritatem, charitatem, prudentiam, modeſtiam, tolerantiã & reverentiam ordinis publici haberi & obſervari cupimus, ne aut contra fines veniant vocationis ſuæ, aut contra ordinis publici conſerva-

 tionem

tionem, ſi quando cauſæ ejuſmodi in Eccleſia Chriſti fuerint ventilandæ. Hîc illi non cogunt imperio; ſed monent, ſuadent, orant, cum Paulo denique dicunt: *nomine Chriſti legatione fungimur, velut Deo vos precante per nos: oramus Chriſti nomine, reconciliamini Deo* 2. Cor. 5. 20. & alibi, *non dominamur veſtræ fidei, ſed adminiſtri ſumus gaudij veſtri: nam ſtatis fide* 2. Cor. 1, 24. & ſimilia multa.

Vrget Bellarminus Ambroſium excommunicaſſe Imperatorem Theodoſiũ propter cædem, &c. Reſpondet Iunius: Diſtinguenda multa. Primùm excommunicatio hæc fuit minima, quam patres abſtétionem dixerunt, & abſtentes eos qui multabãtur ipſâ: nam Theodoſius in Eccleſiam cogitabat ingredi Sacramentis communicaturus, ut verba docent Ambroſij apud Theodoretũ lib. 5. & Sozonenum lib. 7. hiſt. Eccleſiaſt. His autem abſtentis nec dominio rerum ſuarum, nec hominum conſervatione nec functionibus ſuis interdicebatur abſtentionis lege. Secundò Ambroſius non ſuâ auctoritate fecit, ſed conſilio judicioque publico Eccleſiæ Dei totius, quæ in Italia erat, ut narrat hiſtoria Eccleſiaſtica apud Gratianum 11. q. 3. c. *cum apud Theſſalonicam* dicens, *ob hoc cũ à Sacerdotibus Italiæ redargueretur, agnovit delictũ,* &c. Tertiò nec ſimpliciter Ambroſius eum abſtinere juſſit: ſed redarguit imparatum eſſe ad illam communionem cum Chriſto & Eccleſia, ut prius pœnitentiam ageret atque reconciliaretur cum Deo ſuiſque fatribus, quam ſeipſum ſiſteret Deo & Eccleſiæ communicaturum, ex præſcripto Chriſti Mat. 5. 23. nunciavit legem Dei non imperio uſus eſt. Poſtremò ab ingreſſu quidem Eccleſiæ abſtinuit eum, ſed nullo (ut vocant) commonitorio ad Eccleſiam, ad Senatum, ad populum, ad imperium uſus eſt, quia non petebat excommunicationis fulmine caput illius, ſed petentem Synaxeos uſum religioſè abſtinebat: quorum prius furentis eſt, ac volentis perdere, poſteriùs prudentis ac piè volentis ſervare: Quid iſtis actionibus cum furore Pontificum? Quanto meliùs Ivo Carnutenſis? qui dicit, *Reges, ſi aliquando poteſtate abutuntur, non ſunt à nobis graviter exaſperandi: ſed ubi Sacerdotũ admonitionibus non acquieverunt, divino judicio ſunt reſervãdi.*

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Hæc igitur rei geſtæ ab Ambroſio ratio. Atqui, inquit Bellarminus, non potuit Ambroſius excommunicare Theodoſium propter cædem illam, niſi prius cauſam illam cognoviſſet & dijudicaſſet, licet criminalis eſſet ad forum externum pertineret. Reſp. Iunius: Age, apelles, exclama, ne ſutor ultra crepidam. Hic Bellarminus alienum forum ingreſſus hæret, nugatur in re gravi. Nam primum non excommunicavit Ambroſius propriè, ſed abſtinuit Theodoſium: tum formulis cognitionis judicialis in notorio crimine opus eſſe Iuricoss. negant: præterea ſolus non dijudicavit, ſed cum Epiſcopis Italiæ, ut ex Gratiano diximus: poſtremò ad quod ferum pertinuiſſet cognitio civilis de Imperatoris facto? non ergo lege civilis fori ſed Spiritualis & Eccleſiaſtici Theodoſium abſtinuit Epiſcopus citra ſingularem diſcuſſionem & examen civile facti, quia malefeciſſe omnino conſtabat: ut illum à rebus ſacris abſtinens revocaret ad confeſsionem emendationemque criminis admonitione Eccleſiaſtica. Alioquin enim Princeps divino judicio eſt reſervandus, ut dicebat Ivo; niſi voluntariè acquieverit: flecti & adduci poteſt: cogi aut frangi non poteſt.

Statuit Bellarminus non repugnare, Pontificem ſimul eſſe Principem Spiritualem & temporalem alicujus Provinciæ, idque probat exemplo Sanctorum qui inveniuntur Reges & Sacerdotes fuiſſe. Reſpondet Iunius: Ex diſpari non procedit argumentatio. Nam primùm fuerunt tempora ceremoniarum quæcumque adventum Chriſti præceſſerunt (quarum corpus eſt in Chriſto Heb. 10) ſive ante legem revelatam, ſive imperata lege. Ceremoniæ autem ſunt finem ſuum ſortitæ adventu Chriſti: quemadmodum & ipſe Nicolaus 1. in Epiſtola ſua ad Imperatorem eſt interpretatus. Secundò fuerunt illi particulares in familia, gente, urbe, regione Principes: hic vero ſeſe univerſalem facit. Atqui univerſalem principem in Spiritualibus eſſe quenquam, negamus poſſe, & ante confutavimus, quanto magis in utriſque? Tertiò ut dicatur de Principatu alicujus Provinciæ, quod Bellarminus vult, negamus quenquam hominem Principem Spiritualem eſſe: adminiſtri ſunt homines Spirituales vel Eccleſia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

ſtici.2.quenquam Spiritualem ſeu Eccleſiaſticum,qua eſt Eccleſiaſticus, Principem fieri poſſe. Quod ſentio, hujuſmodi eſt. Princeps cum dicitur, aut intelligitur ſecundum dominium, aut ſecundum procurationem, aut ſecundum utrumque ſimul. Ac ſecundum dominium quidem homo Eccleſiaſticus princeps eſſe poteſt, puta ſi dominium ad ipſum directè pertinebit, ortu, donatione & ſi qua ſunt ejuſmodi: quemadmodum è diverſo qui eſt princeps dominio, idem poteſt fieri Eccleſiaſticus dono & vocatione Dei. Si verò dominium ad ipſum indirectè perveniat qua eſt Eccleſiaſticus, id eſt, reſpectu *Eccleſiæ* cujus eſt dominium, hoc profectò caſu non princeps dominio ſed procuratione dicendus eſt. Alioquin ſi dominio princeps eſſet, ad hæredes tranſiturum eſſet, non ad ſucceſſores Eccleſiaſticos. Quod ſi ſecundum procurationem eſt princeps (nam dominium eſt Eccleſiæ, quemadmodum exempli cauſa, Provincia, cui præeſt Pontifex patrimonium Petri vulgò, non Vrbani appellatur) negamus hominem Eccleſiaſticum fieri Principem ſecundũ hunc modum oportere: & contrà negamus hominem qui Princeps eſt alicujus Provinciæ procuratione, & qui ad eam obligatus eſt Eccleſiaſticum fieri oportere, niſi illi politicæ adminiſtrationi renunciet; denique negamus utramque adminiſtrationem conjungi oportere. Non quæro quid fieri oporteat, ubi jam diu publico ordine conjunctæ ſunt; hæc alterius loci eſt quæſtio: ſed ſimplicem quæſtionem contemplor; & ſtatuo ſimpliciter duas illas procurationes vel adminiſtrationes non eſſe conjungendas ab eo homine qui ad utramvis liber eſt. Sic ſtatuit Chriſtus Mat. 20. ſic docet ratio 2. Cor. 2. *ad hæc quis idoneus?*

Inſtat Bellarminus Moſen fuiſſe ſummum Principem temporalem & ſummum Pontificem. Reſp. Iunius. Falſum, niſi commodè diſtinxeris. Nam Moſes temporalis quidem Princeps fuit vocatione ordinaria, at ſummus Sacerdos ordinariè nunquam fuit. Tantummodò obijt ſummi Sacerdotis partes extra ordinem, donec Sacerdotium legitimum fuit conſtitutum; poſtea vero ipſe cum ſuis in ſorte Levitarum ſubſtitit 1. Chron. 6. nunquam attigit ex eo tempore Sacerdotium.

Objicit

Objicit Bellarm. Auguſtinum dicentem: *Ambo ſummi Sacerdotes erant, Moſes & Aaron:* Reſp. Iunius, Simplicior Auguſtinus agens de argumento Levit. 8. ubi Aharon per Moſen fuit conſecratus, quum dicit: *Ambo ergò tunc Sacerdotes erant, Moſes & Aaron: an potiùs Moyſes & Aaron ſub illo: an & ipſe ſummus propter veſtem Pontificalem, ille verò propter excellentius Miniſterium.* Nam oſtendit Auguſtinus ſe non agere de vocatione ordinaria, ſed de vocatione extraordinaria ejus in hoc ſingulari actu, quũ ait *Tunc*, quod Bellarminus diſſimulat nunc. Præterea mavult προβληματικῶς quam affirmatè ſe explicare: hic & puram categoricam (ut vocant) ſtatuit κατάφασιν.

Ex his apparet quid Iunius ſentiret de hoc ſubordinationis Schemate nuper à quodam delineato.

VERBVM DEI

|

MAGISTRATVS

|

Miniſtri Eccleſiæ.

Et quid reſponderet ad ſequentem ſubordinationem Titulo collateralitatis invidioſè formatam, & orthodoxis quibuſdam temerè attributam:

DEVS

Magiſtratus — Miniſtri

Miniſtri — Magiſtratus

in ſecularibus — in Eccleſiaſticis

Iunius in hunc modum delineaſſet

DEVS

Magiſtratus ſolius Dei miniſter, ſed vt Domin9 *poteſtate* αὐτοκρατορικῇ *laxâ, coactivâ etiam vitæ & necis* IMPERANS	SOLVS *univocè* PRINCEPS *Leges ferens &* IMPERANS	*Miniſtri ſolius Dei ſervi & legati legatione anguſtâ & limitatâ* MINISTRANTES *indicio, præconio, denunciatione, directione*	*apud Magiſtratum, Plebem* DEI *ſubditos*
Miniſtris vt ſubditis ſuis in	*Conſcientijs & ſua Eccleſiæ in*	*in*	
temporalibus et humanis	RE *ſpirituali et divina*	*divinis et cœleſtibus*	

Et rurſus:

DEVS

Magiſtratus

Legationem Dei miniſtratoriam cum ſuo ordine, ubi non eſt; introducens; *ubi eſt,* conſervans, protegens, juvans; *collapſum* inſtaurans: *Legatos limites tabularum mandati divini excedentes aut aberrantes legitimè & ſecundum Deum* in viam revocans aut coërcens.

Hæc pijs, modeſtis & ἀλλοτριοπραγμοσύνην *evitare volentibus poſſent ſatisfacere. Sed redeamus ad inſtitutum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

BELLARM. Atqui Concilia omnia dicunt anathema non obtemperantibus, vocant decreta ſua Canones ſive leges Eccleſiaſticas: cum ſubſcribunt Epiſcopi dicunt: *Ego N. definiens ſubſcripſi.*

IVNIVS. *Probatio eſt facti non juris: exempli non ætiologiæ, vt vocabant Patres: idem autem factum contingit bonum eſſe, aut malum pro conditionibus ipſius ſecundum ſpeciem, finem, aut circumſtantias. Non ſequitur, ſemper fecerunt, ergo ſemper fecerunt & faciunt benè.*

BELLARM. Apertiſſima tamen ſunt indicia, quod Concilia ſint vera judicia.

IVNIVS. *Conciliorum ſunt vera indicia, quâ Dei ſunt ex tabulis veritatis & mandatorum eius: per ſe non judicia ſunt*, ſed indicia præconia, vel pronunciationes miniſtratoriæ veritatis & judiciorum Dei.

BELLARM. Quod de Paphnutio objiciunt, qui apud Socratem lib. 1. cap. 8, & Sozomenum lib. 1. cap. 22. toti Concilio Nicæno volenti prohibere Sacerdotibus uſum uxorum ſolus liberè reſtitit & prævaluit, Sed reſpondeo incertam eſſe hanc narrationem, cum ejus non meminerint antiquiores, Euſebius, Athanaſius, Epiphanius, Ruffinus, &c.

IVNIVS. *Nihil ſequitur ab auctoritate negativè: nam vt aliquoties dixit Bellarminus credendum eſt magis duobus teſtibus unam rem narrantibus quàm mille nihil dicentibus. Narrant autem hiſtoriam hanc Gelaſius Cyzicenus, Socrates, Sozomenus. Deinde auctores illi non hæſerunt in rebus ſingularibus Concilij Nicæni aut perſonarum, quæ interfuerunt, narrandis. Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini, laudes ejus narrat: de Concilio Nicæno vix aliud diſtinguit quicquam, niſi quod ad Conſtantini commendationem facere videatur. Athanaſius & Epiphanius ſolam Arrij cauſam narrant. de Concilio Nicæno nihil amplius. Ruffinus ſuo judicio (quod certè non adeo magnum fuit) in his aut illis decerpendis uſus eſt : atque hic tamen ſolus eſt hiſtoricus, cuius ſilentium anteponitur trium illorum hiſtoriæ, qui in particularibus Nicæni Concilij ſunt magis immorati.*

BELLARM. Objiciunt quidam Catholici: Si omnes Epiſcopi eſſent judices, teneretur Pontifex, qui Concilio præſidet, in decretis faciendis ſequi majorem partem Epiſcoporum.

IVNIVS. *Et profectò ita eſt, eam ſequi tenetur Pontifex, prout* Spiritus Prophetarum Prophetis ſubjiciuntur *1. Cor. 14.*

BELLARM. Sed dicunt illi Catholici Damaſum irritaſſe acta Concilij Ariminenſis, quibus maiorpars Epiſcoporũ conſenſerat.

IVNIVS. *Negatur; non enim ſolus Damaſus irritum fecit, ſed Romana Synodus pro parte. Sic enim principium eſt illius Epiſtolæ*, Damaſus & cæteri Epiſcopi Romæ congregati, dilectiſsimis fratribus.

BELLARM. Leo, ajunt, etiam irritavit quoddam decretum Concilij Chalcedonenſis, cui etiam major concilii pars conſenſerat.

IVNIVS. *Voluit quidem Leo, omneſque nervos contendit, ut faceret, ſed non aſſecutus eſt.*

BELLARM. Sed reſpondeo nunquam forte accidiſſe ut Pontifex ſequeretur minorem partem in Concilio, niſi fraus aut dolus fuerit adhibitus. In Concilio verò Chalcedonenſi fraudem fuiſſe conqueſti ſunt vicarii Romani Pontificis.

IVNIVS. *Conqueruntur illi quidem; ſed falſo: nam totus ille Patrũ Chalcedonenſium conſeſſus à crimine falſi ſe ibidem purgavit evidentiſſimè, et approbata fuit purgatio illius in eadem Act. 16.*

Cujus ſit generali Concilio præſidere.

CAP. XIX.

BELLARM. Hæretici noſtri temporis docent, ordinarium Præſidem Conciliorũ debere eſſe Imperatorem, vel aliquem ab eo miſſum, ſi vel nullum ipſe mittat, debere ab ipſa Synodo conſtitui.

„ IVNIVS. *Summa noſtri ſermonis hæc eſt: Concilium generale actum*
„ *eſſe extraordinarium non niſi in graviſſimis univerſæ Eccleſiæ cauſis convo-*
„ *candum: ac propterea extra ordinem pro re nata de Præſide videndum eſſe:*
„ *cum autem actus ordinis ſit planè politicus, & cauſa Eccleſiaſtica; Magi-*
„ *ſtratum ſummum oportere præſidem eſſe ad ordinis humani conſervationem:*
„ *ad res verò fidei & Eccleſiæ, id eſt, ad cauſam ipſam, Præſidem electivũ eſſe.*

BELLARM. Catholici verò omnes docent ad ſummum Pontificem jure pertinere præſidentiam in Concilijs generalibus.

IVNIVS. *Negatur.*

BELLARM. Probatur 1. ex illo Ioannis ultimo: *paſce oves meas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

IVNIVS. *Et hæc probatio negatur, prout ſæpiùs præcedentis controverſiæ lib. 2. & 4. confuta eſt.*

BELLARM. Secundò probatur ex eo quod Concilia vocant Pontificem Patrem, & ipſe vocat Epiſcopos in Concilijs congregatos aliquandò filios: ſic Damaſus Epiſcopos ſecundi Concilij Generalis vocavit *filios honoratiſſimos:* ſic Concilium Antiochenum Iulium *beatiſſimum & honorabilem Patrem.* Sic Patres Cõcilii Chalcedonenſis ſe vocant *Filios* Leonis. At quis ambigere poteſt, utrum Patres Filiis & paſtoribus oves præſidere debeant, an filii Patribus & oves paſtoribus?

IVNIVS. *Non ſequitur ex figurato & humili & honorifico loquendi modo. Sic nimirum non rei veritas ſimpliciter declaratur, cùm boni illi Patres abjectionem animi ſui, quæ Chriſtianos decet, oſtenderent: (nam etiam Imperatori aut Regi ſummo animus poteſt ineſſe humilimus, integra auctoritate & dignitate officij:) ſed ambitio Rom. Epiſcopi, qui alios honorificè ipſum appellantes non pariter, ut debuit, alloquutus eſt, ſed ſuperciliosè nominibus inferioribus adſperſit. Etſi Damaſum virum ætate gravem fuiſſe teſtatur Hieronymus, qui minores ætate filios appellavit, ut Paulus monet. 1. Tim. 5. ſeniores ut Patres appellandos eſſe. Patres autem vocabant alij alios reſpectu ordinis atq; officij: Patres deniq; Patrum Patriarchas ut controv. 3. lib. 2. cap. 31. oſtendimus. Chalcedonenſes autem Patres ſuâ illâ ad Leonem Epiſtola nihil aliud poſtulant, quàm ut ſuffragium eius ad calculos ipſorum accedat, id eſt, ut idem ſentiat prout Paulus præcipit Phil. 2. Quis verò neſcit in Collegijs fraternis benè inſtitutis ſingulos ſuum quidem judicium & calculum habere, ſed cunctos in unum conferre, ut omnes ſint unanimes in Domino? Hoc modeſtè Chalcedonenſes à Rom. Leone petiverunt, Pontificij verò in poteſtatis univerſalis argumentum vertunt immodeſtiſſimè.*

BELLARM. Secundò probatur ex Concilio Apoſtolico Act. 15. in quo Petrum præſediſſe affirmat Hieronymus in Epiſtola ad Auguſtinum.

IVNIVS. *Utrumq; negamus: & Petrum præſediſſe (quod confutavimus cap. 16. not. 5.) & Hieronymum id affirmaviſſe, non ita locutus eſt.*

BELLARM. Colligitur etiam ex eo, quod Petrus primus ſurgit, primus loquitur, primus quæſtionem definit, & omnes, ut Hieronymus dixit, ſententiam ejus ſequuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

IVNIVS. *Hæc verba Hieronymi: In ſententiam eius Iacobus Apoſtolus & omnes ſimul presbyteri tranſierunt, id eſt, Petrus non præſes fuit (nam Præſes non dicit primus ſententiam) ſed princeps ſententiæ, vt Latini vocant. Etſi hanc ſuam ſententiam non dixerat Petrus ſententialiter (vt loquuntur) ſed per monitionis & diſceptationis modum cum diſſentientibus communicans. Alioqui non Petrum illi, ſed veritatem Dei ſequuti ſunt: nam etiam holitorem ſecuti eſſent (vt in proverbio eſt) ſi primus inter eos veritatis ſententiam extuliſſet.*

BELLARM. Tertio probatur ex actis octo Generalium Conciliorum.

IVNIVS. *Negatur.*

BELLARM. Primum fuit Nicænum, in quo præſediſſe Imperatorem ait Brentius, ſed hæc opinio falſiſſima eſt.

IVNIVS. *Et hoc negatur: nam Conſtantinus ordini humano præfuit, licet cauſæ non præfuerit, neq; judicium in conſeſſu tulerit; ubi Chriſtus ſolus Iudex per Scripturam in Spiritu, homines ſunt adminiſtri. Nos propterea docendi cauſa ita ſtatuimus, prout etiam de primatu dicebamus controv. 3. præſidium ſive præſidentiam eſſe aut ordinis humani, aut actionis Eccleſiaſticæ in Concilijs univerſalibus.* Ordinis *humani præſidentia ad ſummū Magiſtratum pertinet, non ad quenquam Eccleſiaſticum.* Actiones *verò Eccleſiaſticæ in illis Concilijs præſidentam duplicem deſiderant. Univerſalē totius Concilij; & particularem regionum ad concilium illud convenientium. Vniverſalis præſidentia, quia extra ordinem eſt, electione in legitimis Concilijs fuit olim attributa: quemadmodum Hoſius Cordubenſis, exempli cauſa electus eſt, qui praeeſſet Concilio Nicæno 1. Particularis verò fuit ordinaria: itaque Romanus Patriarcha in Concilijs Oecumenicis præerat Occidentalibus Eccleſiis, ſuffragia earum colligebat & in commune conferebat, & ſub eo item ſuo ordine Metropolitani: Meridianis Alexandrinus: Orientalibus Antiochenus: Septentionalibus, Ponticis, &c. Conſtantinopolitanus: Hieroſolymitanus primùm fuit honorarius; ſed poſt aliorum exemplo pomœria ſua dilatavit vt actione 7. & 8. Chalcedonenſis Concilij oſtenditur: Hæc ſemel neceſſe fuit diſtingui, vt in ſequentibus breviter & dilucidè ex hoc fundamento diſcutiantur tenebræ, quæ hiſtoriæ priſcæ imperito offunduntur.*

BELLARM. Sed Conſtantinus poſt omnes Epiſcopos ſubſcripſit, ut teſtatur Baſilius Imperator in fine viii. Synodi: Præſes

ſes verò primo loco ſubſcripſit.

IVNIVS. *Non ſequitur Conſtantinum ergò non præſediſſe: nam etiam Præſes interdum exacta ſingulorum ſubſcriptione non ſine gravi cauſa poſtremus ſolet ſubſcribere. Sed tamen non pugnant iſta: nam aliud eſt Præſes actionis, aliud ordinis. Præſes actionis Hoſius Cordubēſis ſubſcripſit primus: Princeps verò, ut Præſes Ordinis et exſequutionis vindex, ultimus ſubſcriptione ſua* auctoritatē ſuam obſervatione actorū ſpōdere ſolet ac veluti obſignare. *Hæc res in priſcis illis Concilijs, etiam Nationalibus Galliæ & Hiſpaniæ maximè obſervari poteſt, ut rectè Fauchetus in ſuis Annalibus adnotavit.*

BELLARM. Deinde Conſtantinus non auſus eſt ſedere, niſi in ſede humiliori, quam eſſent Epiſcoporum, & annuentibus Epiſcopis, ut colligitur ex Theodoreto lib. 1. cap. 7. hiſt. & Euſebio lib. 3. de vita Conſtantini.

IVNIVS. *Falſum: fuit quidem ſedes Conſtantino humilis certo cōſilio curata, ne* inſidere tribunali ut Iudex *videretur; ſed non humilior quam Epiſcoporum: et annuentibus Epiſcopis ſedit, veruntamen omnibus ad unum ſtantibus donec Imperator ſubſediſſet: teſtis Euſebius dicens:* non priùs quā Epiſcopi annuiſſent, ſedit: idemque fecerunt omnes poſt Imperatorem.

BELLARM. Conſtantinus in ipſo Concilio profeſſus eſt ſe debere ab Epiſcopis judicari, eiſque ſubjectum eſſe non præpoſitū, ut ſcribit Ruffinus lib. 10. cap. 2. Quomodo igitur non ſecum ipſe pugnaſſet, ſi in Epiſcopali judicio præſidere voluiſſet?

IVNIVS. *Non ſequitur à non diſtributo, ut vocant. Conſtantinus profeſſus eſt ſe Epiſcopis non præeſſe* in rebus fidei atque judicijs: *ergò non præfuit ullo modo. In cauſa quidem fidei nec præfuit, nec præeſſe voluit: hic enim* ſolus *præeſt* Dominus. *In ordine verò præfuit et cauſis ἀταξίας, adeò ut rixas multiplices, quæ inter Epiſcopos primum ſunt excitatæ, ſuâ auctoritate ſedaverit, ut refert Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini Cap. 13. Gelaſius, Ruffinus & alij. Atque hæc Ambroſij ſententia fuit & Athanaſij.*

BELLARM. Athanaſius, Hoſius, Leontius acriter reprehenderunt in Conſtantio, quod in Conciliis primas tenere & præſidere voluiſſet: At hoc illi non feciſſent, ſi antea Pater eius Conſtantinus in Concilio Nicæno præſediſſet.

IVNIVS. *Conceduntur hæc & dicuntur verè* de judiciis rerũ ad fidem pertinentium: *ad cætera verò, quæ ſunt ordinis, non eſt conſecutio. Exemplo rem illuſtrabimus populariter. Si in corpore, verbi gratia, ſutorum aut ſartorum gravis controverſia naſcitur, propter quam extra ordinẽ alia corpora aliunde ad rem indicio certo dirimendã opus ſit adhiberi; tùm Magiſtratus ſummus ac publicus ordini præeſt: corpus artificum de rebus judicium facit ſub præſidio ordinis publici. Itidem in Eccleſia accedit. Concilium Generale conventus eſt extraordinarius in ſacris: cujus* ordinem *ſummus Magiſtratus præſtare debet, rerum ſacrarum definitionem* corpus ſervorum Dei *ſecundum ſcripturas.* Neuter bona fide cum fructu involare poteſt in alienas partes; neuter ſuas negligere.

BELLARM. Magdeburgenſes aiunt Euſtathium primum ſediſſe à dextris Imperatoris, ut qui habuerit orationem &c. Sed reſpondeo Euſtathium fuiſſe primum dextri ordinis Epiſcoporũ, ut Euſebius dicit, non tamen primum immediatè poſt Imperatorem. Conſtat enim Hoſium fuiſſe Principẽ eius Concilii, & proinde ante Euſtathium ſediſſe.

IVNIVS. *Turbat Bellarminus juſti ordinis inſcientiâ. Nam alia fuit conſeſſus ratio, quum Imperator advenit primum, nondum electo & conſtituto Præſide: alia, poſtquam Hoſius fuit præſes inſtitutus. Primo Imperatoris adventu qui ad ſummam menſam conſedit loco digniſſimo, aſſidebant menſæ Patriarchali in meſaulio, hi à dextris, illi à ſiniſtris. Ac legatus quidem Rom. cum Alexandrino à ſiniſtra Imperatoris aſſedit menſæ. Euſtathius verò Antiochenus & Macarius Hieroſolymitanus ad dexteram ipſius. Euſtathius itaque non fuit princeps aut Præſes Concilij (hoc Magdeburgenſibus in mentem non venit) ſed Princeps habendæ orationis apud Imperatorem communi Concilij totius nomine. Sed inanias Bellarminus collegit, ne mutus eſſet.*

BELLARM. Præſides igitur fuere Legati Pontificis. Epiſcopus Hoſius, vitus & Vincentius preſbyteri.

IVNIVS. *Propoſitio falſa. Nam & Conſtantinus ordini publico præfuit, ut antè diximus, & Hoſius Actioni Synodali præfuit Concilij Nicæni 1. non delegatione Rom. Pontificis, de qua nihil apud priſcos iſtos auctores exſtat, ſed* liberâ electione totius Concilij *ex Conſtantini voluntate: Vitus vero ſeu Victor & Vincentius legati fuerunt Romani Epiſcopi*

Sylveſtri

Sylveſtri & Iulij, ut vocant, Chorepiſcopi: neque actioni Synodi præfuerunt ut Hoſius, ſed tantum parti ſuburbicanæ, ut Ruſſinus vertit, id eſt, Patriarchatus Romani Eccleſiis. Atque hoc non obſcurè tradit Theodoretus, lib. 1. hiſt. cap. 7. dicens: ὁ δὲ τῆς ῥώμης διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθύ. δύο μέντοι πρεσβυτέρους ἀπέστειλε συνθέσθαι τοῖς πραττομένοις παρεγγυήσας. i. Romæ verò Epiſcopus propter ſenectutem provectam abfuit, ſed amandavit duos Preſbyteros, quum dediſſet mandata ut aſſentirentur iis quæ fierent: *non ut præeſſent actionibus Synodalibus, & in conſeſſu regnarent: Sed hæc interpres non eſt aſſecutus.*

BELLARM. Atqui Hoſius, Vitus & Vincentius primi omniũ ſubſcripſerunt.

IVNIVS. *Verùm id quidem, ſed ratione differente: nam Hoſius ſubſcripſit tanquam Præſes actionum Synodicarum: Vitus verò et Vincentius tanquam à Romano oblegati vel primæ ſedes Epiſcopo. Nam Synodis univerſè plures unquam præfuiſſe quæ tradit auctoritas? quæ ratio probat?*

BELLARM. Sed cùm Hoſius fuerit ſimplex Epiſcopus & proinde inferior omnibus Patriarchis, qui erant in eo Concilio, ſine dubio nunquam habuiſſet primum locum, niſi vicem geſſiſset Romani Pontificis.

IVNIVS. *Non ſequitur ex ambiguo: nam primus locus (ut de primatu diximus in controverſia 3.) aut eſt ordinarius, aut extra ordinem in Concilio datus. Ordinarius eſt Romani Rom. Pontificis locus primus inter Patriarchas, ex quo etiã primæ ſedis Epiſcopus appellatur,* diſt. 99. c. primæ ſedis: *atque hic ſuo tantum Patriarchio præerat ordinariè: locus verò primus extra ordinem* per electionem liberam *totius conventus ad eum pertinebat, qui præeſſe actioni Concilij totius jubebatur, eamque moderari; neque durabat extra actionem illam. In hunc modum Concilio Niceno præfuit Hoſius: qui ſi vicem geſſiſſet Rom. Pontificis, Patriarchio ſolum illius præfuiſſet: non præfuit autem Patriarchio, ſed Concilio toti extra ordinem ad præſentem actionem.*

BELLARM. Secundum CONCILIVM Generale fuit Conſtãtinopolitanum primum, in quo conſtat non præſediſse Imperatorem.

IVNIVS. *Falſum: præſedit humano ordini vel ipſo Nicephoro teſte, ut ſupra diſtinximus.*

BEL-

Bellarm. Imperator tantùm miſit ad Epiſcopos literas Romani Pontificis, quibus ad Concilium vocabantur, ut patet ex Epiſtola Concilii ad Damaſum apud Theodoretum lib. 5. cap. 9.

Ivnivs. *Et hoc falſum: Nam miſerat quidem Theodoſius literas Rom. Pontificis, ſed non ſolius: erant enim communes literæ Damaſi ipſius & Aquileienſis Synodi, quibus Concilium Conſtantinopoli haberi petiverant, ut etiam fuit habitum. Sic enim illi apud Theodoretum:* συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς τὴν κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἐπισταλθέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν, *&c. ac poſtulavit quidem Damaſus cum Aquileienſi Synodo: Sed* Theodoſius Imperator (*ait Nicephorus lib. 12 cap. 10.*) primo quoq; tempore Synodũ Epiſcoporum in locum unum convenire juſſit, *&c. Poſtea verò mutato Concilio, ſive Gratiani auctoritate, ſive Rom. Epiſcopi & aliorum arte, quam iam conveniſſent Epiſcopi conſtantinopolin, Romæ Concilium indictum eſt,* quod ex antegreſſo partis utriuſque conſenſu & Occidentalium ipſorum poſtulato *Conſtantinopoli haberi oportuerat. Tum verò ut fratres à fratribus, non autem à Damaſo Rom. ſolum, rogatu & non mandato vocabantur.*

Bellarm. Si Damaſus adfuiſset, abſque dubio præſediſset, nam in Epiſtola eum *caput ſuum* agnoſcunt.

Ivnivs. *Negatur, ut diximus ante controverſ. 3. lib. 2. cap. 14. ubi Iunius ſic: Adulterina Epiſtola & ſuppoſita, quod & argumento & ſcriptionis modo, & Coss. nominibus probari poteſt. Sed eſto; nempe dixerit iſta Damaſus æquivocè. Eſt enim fallacia iſtius argumentationis, quod* caput *hic pro principio & ortu, non pro principatu ſumitur: demonſtrant verba ſequentia, quum addit:* ut inde capiatis reſponſa unde accepiſtis inſtitutionem & doctrinam rectè vivendi*: vulgata fuit ſententia per Epiſcopum maxime Romanum effectum olim fuiſſe, ut tractus Occidentalis Africæ ad Euangelij cognitionem vocaretur.* — Caput *Patriarchale intelligit humano ordine & quidem ordine ſolum non imperio* caput — προεδρία *illa non divini ſed humani juris eſt: non imperij ſed ordinis: non* οἰκουμενική, *ſed* κατὰ χώρας καὶ ἐπαρχίας.

Bellarm. Tertium Concilium fuit Epheſinum 1. in quo certum eſt non præſediſse Imperatorem ſed Rom, Pontificem per

legatos

legatos ſuos,

IVNIVS. *Falſum: nam & Imperatorem præſediſſe humano ordini per legatum ſuum Candidianum docent verba ſequentia Epiſtolæ, quæ multis expreſſa contrahit Bellarminus commodo ſuo dicens:* ſed ad Synodi defenſionem: *& Cyrillum per ſe præſediſſe actioni Synodicæ de communi ſententiâ Synodi atque Imperatoris commendatione ex delegato per cõſeſſum totum officio. Nec tamen à præſidentia ſingulari deſtitit Patriarchatus ſui; nam & hanc curavit in Concilio ex officio ordinario ſuo, & Patriarchatui Rom. ex officio fraterno & Cœleſtini Romani delegatione extraordinariâ, velut Coëpiſcopi: prout ex Evagrio ante docuimus controverſiæ 1. lib. 3. cap. 6. notâ 14. Non ſequitur autem ſi Cœleſtinus Rom. Alexandrino Cyrillo mandavit partes ſuas, Cyrillum ergo partibus ſuis abſtinuiſſe, ſolaſque Cœleſtini partes obiviſſe: aut ſi præfuit toti Synodo in actionibus Synodicis, ergo nomine Epiſcopi Romani non ſuo præfuiſſe, & auctoritate illius ac non electione & ordinatione Synodi.*

BELLARM. Quod nec Imperator nec aliquis nomine eius præſederit patet ex Epiſtola ipſius, videlicet Theodoſij Iunioris ad Synodum *Epheſinam*, quæ habetur tomo 1. eius Concilii cap. 32. ubi dicit, ſe miſiſſe Candidianum Comitem ad concilium, non ut miſceret ſe quæſtionibus Eccleſiaſticis, ſed ad Synodi definitionẽ.

IVNIVS. *Dilutiora ſunt & frigidiora iſta, quam prout literis Theodoſij & Valentiniani Impp. exponuntur: Prius enim ſic illi dixerant:* Cum omnia quæ proſunt Reipub. nobis admodum curæ ſunt, tum inprimis quæ ad pietatem pertinent: propter quæ etiam reliquorum bonorum contingit hominibus ſubminiſtratio. Ac propterea prius quidem quæ opus erant reſcripſimus, ut pietas veſtra in metropolin Epheſiorum conveniret. Quoniam verò etiam curari ex officio decentem εὐταξίαν, ordinem & tranquillitatem contemplationi vel diſcuſſioni ſanctiſſimæ Synodi veſtræ oportebat, ne hoc quidem prætermiſimus, ut ipſi ex omni parte vacuitas à turbis exiſteret, &c. *Poſtea verè illius ἀταράχȣ (ut illi vocant) partes minutatim exponuntur ad actionem Synodi & ad diſceſſum pertinentes, quum Imperatores addunt:* Candidianus itaque magnificentiſſimus ſacrorum domeſticorum Comes mandata accepit, ut ad ſanctiſſimam uſque veſtram Synodum tranſeat: & cum nihil ipſe cum quæſtionibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

quæ de dogmatis ſunt, communicet (nam eum qui extra Catalogum ſanctiſſimorum Epiſcoporum eſt, Eccleſiaſticis diſcuſſionibus immiſceri nefas) homineſque ſeculares & monachos, eoſque qui jam propterea convenerunt, etiamque conventuri ſunt, omninò ab ea urbe excludat, quandoquidem non oportet eos movere turbas, qui nihil ſunt ad futuram dogmatis diſcuſsionem neceſſarii, ac proinde ea impedire, quæ à ſanctitate veſtra in pace informari debent: & curet ne qua diſſenſio ex contraria perturbatione amplius inferatur, ut diſcuſsio veſtræ ſanctiſsimæ Synodi ex eo non impediatur, accurataque veritatis inquiſitio incidente forſan inordinata circumductione compulſetur: ſed unuſquiſque cum tolerantia dicentes audiens proponat, aut opponat quod videtur, *&c. Hic certè Imperatores omnibus modis ordinis cuſtodes & vindices non ſolum extra Synodum arcendis impedimentis, ſed etiam intus in Synodo abigendis, honeſtati publicæ atque ordini videmus conſulere.*

BELLARM. Quartum Concilium eſt Chalcedonenſe, in quo initio, id eſt, in prima actione, Imperator Martianus interfuit & ſedit primo loco, non tamen præſedit ut Iudex, ut ipſemet teſtatus in Oratione ad Synodum quæ extat act. 1. ubi ait, ſe veniſſe ad cõfirmandam fidem, ſicut olim fecerat Conſtantinus Magnus, id eſt, non veniſſe ad explicandam fidem & controverſias judicandas, ſed ad hoc ut fides à Concilio explicata, firma ac tuta conſiſteret, defenſa, videlicet, Imperatoris ope & auctoritate. Interfuerunt denique nomine Imperatoris in aliis actionibus quidam Iudices ſeculares, qui non erant Iudices controverſiarum fidei, ſed tantùm an omnia fierent legitimè, ſine vi, fraude & tumultibus. Quia enim in concilio Epheſino 2. Dioſcorus Epiſcopus militibus introductis vi coëgerat Epiſcopos ad ſubſcribendum, in hoc Concilio interfuerunt vel Imperator vel vicarii eius ad impediendam violentiam. Id quod ex toto Concilio apparet; nunquam enim ſententiam ferũt, nunquam ſubſcribunt, & in omnibus ſententiis Epiſcoporum acquieſcunt: Præfuerunt autem revera ut Iudices Eccleſiaſtici legati Leonis Papæ.

IVNIVS. *Præcedens membrum verum eſt, præſediſſe Imperatorem humano ordine: et niſi id feciſſet, incredibiles tragœdiæ in eo Concilio fuiſſent extituræ,*

exſtituræ, provt religioſiſſimi Iudices in ipſa actione 1. teſtantur, dicentes: Acclamationes iſtæ populares neque Epiſcopos decent, neque partes juvant. *Secundum verò membrum de præſidentia Romani Pontificis negamus.*

BELLARM. At legati Papæ in omnibus actionibus primi nominantur, primi ſedent, primi loquuntur, primi ſubſcribunt.

IVNIVS. *Vel hæc tria quæ Bellarminus conjungit, rationem fuiſſe ſingularem, docent Chalcedonenſis Concilij. Nam ubi quis præſes univerſalis eſt totius Concilij, primus quidem ſedet, primus ſubſcribit in actione Synodica; at non primus loquitur & ſententiã dicit, qui primus ſententiã dicit, is princeps ſentẽtiæ nõ præſes conſeſſus eſt. Aliud eſt præſidere, aliud principẽ eſſe ſentẽtiæ: Atq; hoc in alijs Cõcilijs magis fuit obſervatum: in hoc verò generalis præſes Concilij Eccleſiaſticus unus aliquis propriè nemo fuit, propter neceſſitatem præſentem, & Leonis Romani culpam quam controv. 3. oſtendimus. Nam graviſſima hæc in Concilio fuit neceſſitas, quod Anatolius Conſtantinopolitanus erat novus & in ſuſpicionem à Leone vocatus; Dioſcorus Alexandrinus eijciebatur: Maximus Antiochenus & Iuvenalis Hieroſolymitanus inter ſe rixabantur: denique ſi quiſquam Patriarcha aut Epiſcopus fuiſſet Præſes inſtitutus, amplius efferbuiſſent rixæ partibus excitatis: Legatio Romana, non adeò græcè perita, Præſidalibus actionibus, cùm & Iudices & Epiſcopi græcè loquerentur, fuiſſet ineptiſſima. Acceſſit Leonis Romani culpa duplex: una quod Anatolium prius intempeſtivè accuſaverat doctrinæ falſæ: ex quo id ſequuturum eſſe videbatur, ſi vtervis præſideret, vt factiones graviores in eo Concilio orirentur: præſertim cum unis literis Anatolium vices ſuas geſturum ſimulaſſet, Synodicis verò nihil omninò ſignificaviſſet: unde facilè Iudices animadvertebant aliquid ſubeſſe ὕπουλον, quod præcaveri ſanctâ prudentiâ oportebat. Altera culpa Leonis fuit, quod ubi* prima actione agendum fuiſſet de Præſide Eccleſiaſtico eligendo, *& in ipſo primo ſermone litem Dioſcoro moverunt juſtè quidem, ſed imprudente viâ; quam prudentiore viâ iniri oportebat. Hac cauſa fuit, cur Iudices, ordini ſervando ab Impp. dati,* non inſtiterunt ut Præſes ullus daretur Eccleſiaſticus; *ſed ipſi tanquam Præſides ordinis, poſtulata acceperunt, retulerunt ad Concilium,* ordinem à ſingulis in quærendo, cognoſcendo, judicandoque ſervari curaverunt, *deniq; gravioribus factionibus januam præcluſerunt, ordinem curando,* cognitio-

nem verò judicia & definitiones conſeſſui Eccleſiaſticorum permittendo. *Atque hinc factum eſt, ut Anatolius Conſtantinopolitanus, æquè ac Rom. Legatio, ſermones perſæpè in conſeſſu inſtituerit, ut Photius indicat, & evidenter oſtenditur act. 1. cognitione 3. itemque actione 4. & 5. 6. & 12. ubi Anatolius princeps eſt ſententiæ, Leonis vicarij ſententiam dicunt ſecundo loco. Exemplo uno rationem præſidendi, quam tenuerunt Iudices, demonſtrabo. Ad cauſam Dioſcori ventilandam agebatur de expoſitione fidei, tumultuarie multa adferebantur: ordinem rei agendæ,* ſubſtantiâ totâ Eccleſiaſticis permiſsâ, *indicaverunt Iudices dicendo:* ſi placet veſtræ reverentiæ, ſanctiſſimi Patriarchæ ſingularum Provinciarum eligentes ſingulos aut binos ſuæ propriæ quiſque provinciæ, in medio tranſeuntes & communiter de fide tractãtes, quæ complacita fuerint omnibus manifeſta conſtituant, &c. actione 1. cognitione 2. *Hæc Concilij iſtius forma in malo extraordinario, ubi toti ordini Iudices ab Imp. delegati præfuerunt; ſed Eccleſiaſticus præſes generalis nemo: tantum ſinguli Patriarchæ ſui Patriarchatus Epiſcopis. Anatolium certè principem fuiſſe quartæ Synodi pronunciat disertè Taraſius Synodi Nicæn. 2. actione* 1.

Bellarm. Sed legati Papæ ſententiam in Dioſcorum proferunt nomine Papæ & totius Concilii.

Ivnivs. *Legatio Romana ſententiam ſuam dicit primo loco, ut prima erat ordine conſeſſus; non autem ſententiam pronunciat cõmuni nomine Concilij. Aliud eſt ſententiam dicere in conſeſſu; aliud ſententiam conſeſſus pronunciare; Itaque reſpectu ordinis Leonem* caput, *i. primum vocant: reſpectu verò auctoritatis ſuæ dicunt ſe ut Legatos Leonis ſanctâ Synodo conſentiente. i. cum approbatione ejus, ſententia Leonis proferre. Hæc, mi homo, non fuit ſententia definitiva nomine Papæ & totius Concilij, ſed præfinitiva nomine Leonis Papæ in Concilio, quam aliæ particulares omnium ſuo ordine ſequuntur ibidẽ, ut ex* earum omnium collatione ſententia definitiva totius Concilij *exſiſteret. Hic Leo, ut princeps ſententiæ per legatos ſuos, nõ ut præſes Concilij totius loquutus eſt: Si n. ut præſes dixiſſet, dixiſſet ultimus.*

Bellarm. Ipſum Concilium Chalcedonenſe in epiſtola ad Leonem ſic ſcribit: *Quibus* (Epiſcopis Concilij) *tu quidem ſicut membris caput præeras in his qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam præferens, Imperatores verò ad ornandum decentiſſimè præſidebant.*

IVNIVS. *Rectè:* præeras, *id eſt, præcedebas ordine, & primus eras ac princeps ſententiæ: nam* ordini *Imperatores præſidebant,* Actioni *Chriſtus, Leo in actione primus erat, ac propterea* etiã caput *reſpectu ordinis dicitur primæ ſedis Epiſcopus.*

BELLARM. Calvinus ſcribit *Leonem non eſſe auſum primam ſedem in Concilio petere; ſed* miſiſſe legatos *& paſſum eſſe eos ſubeſſe Dioſcoro Alexandrino Epiſcopo Præſidi, quia verò res malè ceſſit: & Dioſcorus non rectè navim gubernavit, Leo, illa occaſione accepta, petijt ab Imperatore ut permitteret aliud Concilium fieri, cui legati ſui præeſſent. Imperator quia videbat in Oriente non eſſe ullos Epiſcopos idoneos tanto oneri, ex defectu perſonarum permiſit Romanis præſidentiam.* Hæc hiſtoria plena eſt mendaciis. Nam liberatus ſcribit in breviario cap. 12. Legatos Romani Pontificis noluiſſe in Concilio ſedere cum vidiſſent præſidere Dioſcorum & non datam ſanctæ ſedi Romanæ præſeſſionem: mendacium igitur eſt quod ſcribit Calvinus Leonem non fuiſſe auſum petere primam ſedem.

IVNIVS. *Hæc duo non pugnant: Leonem Romanum auſum non fuiſſe præſidatum ſive præſidentiam ſibi depoſcere: & Legatos ejus non acquieviſſe eo quod non eſſet data ſibi præſeſſio. Nam aliud eſt præſeſſio ordinis* ἡ προκαθεδρία, *aliud præſidatus ſeu præſidentia regiminis* ἡ προστασία *ſeu* ἐπιστασία *dicta. præſeſſio ordinaria fuit primæ ſedis Epiſcopi, id eſt, Romani: præſidatus ſeu præſidentia fuit extraordinaria ex libera electione Synodi ad præſentem actionem ejus. Præſeſſionem ergò Dioſcorus vicarijs Papæ extorſerat: præſidentiam nemini extorſerat, ſed ſibi uſurpaverat fretus Imp. literis, quarum exempla in Concilio Chalcedonenſi extant. Ad hæc Bellarminus rerum conjunctarum diviſione fallit: non enim hæc ſola fuit cauſa, quam ſolam Bellarminus adfert. Hæc Liberati verba in breviario:* Sedentibus in Baſilica Dei genitricis Mariæ, illis Epiſcopis, Eccleſiæ Rom. Diaconi vices habentes Papæ Leonis, aſſidere non paſsi ſunt, eo quod non fuerit data præſeſsio ſanctæ ſedi eorum: inſuper etiam quod nõ lecta fuerat ad Flavianum Epiſtola in Eutychetis damnationem à Papa Leone ſcripta, & occultata fuerat epiſtola eius per ſupra memoratos legatos ad ipſam Synodum directa. *Præſeſſionem autem videtur Dioſcorus artificiosè Legatis negaviſſe, quod Diaconi ſolum eſſent, quos conſeſſui Epiſcoporum et in cognitione cauſarum Epiſcopalium principes ſententiæ eſſe negabat poſſe,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

BELLARM. Dioſcorum contra fas præſidentiam illam ab Imperatore extorſiſſe ſcribunt Zonaras in vita Theodoſij, & Evagrius lib. 1. cap. 10.

IVNIVS. *Falſum: nam id quidem vterque agnoſcit, Dioſcorum præſidem Concilij ab Imperatore Theodoſio fuiſse conſtitutum; ſed operâ Chryſaphij Eunuchi & arte factum (vt qui omnia apud Imp. poſset) teſtantur Evagrius, Zonaras & Liberatus, non à Dioſcoro extortum. Cùm autem Concilium iſtud à Theodoſio Imperatore Orientis, & in Oriente inſtitutum eſset, non mirum ſi legatione Rom. Leonis excluſa per Imperatorem, mandata eſt Dioſcoro præſidentia: & erepta eis eſt per Dioſcorum præſeſſio: tum quia Diaconi tantùm erant, quos miſerat Leo; tum quia res ad ditionem Theodoſij pertinebat, & Græcè agenda erat. Aderant quidem Patriarchæ cum Flaviano Conſtantinopolitano Dioſcorus Alexandrinus, Domnus Antiochenus, & Iuvenalis Hieroſolymitanus: ſed quia bono illi Conſtantinopolitano impingebatur dica, jure præſes Concilij eſse non poterat (id enim ſuo jure ſcilicet Romanus poteſt ſolus idem reus & Præſes in Concilio eſse) Domnus recens in functionem illam vocatus erat: Hieroſolymitani nondum erat tanta autoritas: reſtabat igitur vt Dioſcorus præſideret, ſi ſedis rationem (vt jubent Pontificij) haberi oporteret.*

BELLARM. Leo in epiſt. 24. 25. 26. ad Theodoſium & Pulcheriam frequenter repetit, Dioſcorum in ea *Synodo* ſibi vindicaſſe Principatum, ubi etiam teſtatur Flavianum Epiſcopum Cōſtantinopolitanum à Concilio illo ad Apoſtolicam ſedem & libellum appellationis tradidiſſe Legatis Romanis, quomodo ergo Leo in eo Concilio non auderet præſidentiam petere, à quo ad ſe tanquam ad majorem appellabatur?

IVNIVS. *Nuſquam hoc dicit Leo: ſed potius Flavianum dicit à Concilio Epheſino 2. (quod injuſtum fuit,* ληϛρικὸν *ſive prædatorium atque tyrannicum) ad juſtum Generale Concilium & frequentius Epiſcoporum appellare viâ legitimâ; & pro ea re intercedit ſcribens Theodoſio:* Ecce ego, Chriſtianiſsime & venerabilis Imperator, cum conſacerdotibus meis, implens erga reverentiam clementiæ veſtræ ſinceri amoris officium, cupiénſque vos per omnia placere Deo, cui pro vobis ab Eccleſia ſupplicatur, ne ante tribunal Chriſti Domini rei de ſilentio judicemur; obſecramus coram unius Deitatis inſeparabili trinitate,

nitate, &c. *Deinde paulo poſt*: Cui ſacramento quia impiè nunc à paucis imprudentibus obviatur, omnes partium noſtrarum Eccleſiæ, omnes manſuetudini veſtræ cum gemitibus & lachrymis ſupplicant Sacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamârunt, & eiſdem libellum Appellationis Flavianus Epiſcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offenſiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra ſit vel in fide dubiũ, vel in charitate diviſum: convenientibus utique Orientalium Provinciarum Epiſcopis, &c. *Non ergo Leonem Flavianus appellat, ſed Synodum, quam Leo non convocat, ſed per Imperatorem poſtulat convocari: poſtulat autem vt Patriarcharum primus, apud quem (vt loquuntur) appellationes maximè inſinuari oportebat.*

Bellarm. Quintum Concilium fuit Conſtantinopolitanum II. in quo Menam Conſtantinopolitanum præſediſſe falsò docet Calvinus. Concilium enim à Mena celebratum non fuit generale, ſed particulare.

Ivnivs. *Negatur Calvinum id falsò docuiſſe; ſed iſte rem diſſimulat. Nam quinta Synodus dicitur duobus modis, communiter cum præparatoriis (vt vocant) ipſius, & ſingulariter ſemotis præparatoriis quæ Synodus confirmavit. Præparatoria præſide Mena inſtituta ſunt, quibus aderat Eutychius: atque hoc ipſum ante agnovit Bellarminus ſecundum Calvinum controv. 3. lib. 2. cap. 5. Menæ vero in iis perficiendis mortuo Eutychius ſuffectus eſt. auctor Nicephorus lib. 17. cap. 27. Priore ſenſu rectè dixit Calvinus* συνεκδοχικῶς. *Hoc vt evertat Bellarminus, dicit* non Generale ſed particulare fuiſſe Concilium à Mena celebratum: *nos verò Generalis Concilii præparatorium fuiſſe dicimus, & de ſententia Patrum Generali Concilio attributum, vt membrum illius: Quapropter dixit Hervetus in ſua editione Conciliorum tomo 2.* Nec tamen deſunt graves ſcriptores, qui ad quintam Oecumenicam Synodum Conſtantinopolitanam ea quoque velint pertinere, quæ ſuperius ſub hujus Concilii titulo habentur; putentque ſub Agapeto, Silverio, & Vigilio hanc Synodum duraſſe: quibus nos non contradicimus. *Hos nempe graves auctores Calvinus ſequutus eſt.*

Bellarm. Zonaras ſcribit in vita Iuſtiniani; *Sub hoc quintum Concilium fuit coactum centum ſexaginta quinque Epiſcoporum, quorum*

rum princeps fuit Vigilius Papa Romanus.

IVNIVS. *Truncantur verba Zonaræ (qua fide , obſecro?) & res conjunctæ dividuntur: agit enim Zonaras de Patriarchis omnibus ex ordine, qui ſuis diocœſanis ſinguli præfuerunt, dicens,* ὧν ἐξῆρχε in quibus primas tenuit Vigilius Papa Romæ, & is, cuius iam facta mentio eſt, Eutychius, & Apollinaris Alexandrinus, *&c. quæ hic noſter reticet.*

BELLARM. Ipſe Eutychius ſic ſcribit Vigilio: *Petimus præſidente nobis veſtra Beatitudine de tribus capitulis quæri & conferri.*

IVNIVS. *Fallit homonymia. non enim dicit Eutychius* προστάτης *aut* ἐπιστάτης*, ſed* προκαθιζομένης *: non ut præſideat præſidatu aut præſidentia poteſtatis, ſed præſeſſione ſolum, de qua nemo cum Epiſcopo Rom. contendebat. Etſi mendum Loco ineſſe ſuſpicor, Eutychiumque ſcripſiſſe*, reſidente nobiſcum veſtra beatitudine, *&c. docti viderint.*

BELLARM. Sextum Concilium fuit Conſtantinopolitanum III. In eo præſides fuerunt Legati Agathonis Romani Pontificis, Petrus & Georgius preſbyteri, ac Iohannes Diaconus. Id enim affirmat Zonaras in vita Conſtantini IV.

IVNIVS. *Perpetua fallacia (ut vocant) diviſionis eſt. Aliud planè Zonaræ verba ſonant dicentis:* ἧς ἡγοῦντο τοῦ μὲν πάπα ῥώμης ἀγάθωνος τοποτηρηταὶ, γεώργιος δὲ κωνσταντινουπόλεως, καὶ θεοφάνης ἀντιοχείας. *Hac ſuo more diſputator mutilat. Senſus eſt, præerant Patriarchæ. Demonſtrant hanc interpretationem ſequentia, quum addit Zonaras :* Sed neque Alexandria, neque Hieroſolyma habebant Patriarchas, eo quod civitates iſtæ ſuberant Saracenis. *hinc factum quod horum duorum locus vacaverit.*

BELLARM. Patet etiam ex ipſa Synodo, nam in ſingulis actionibus iſti primi omnium nominantur, loquuntur, ſubſcribũt.

IVNIVS. *Non ſequitur ergò fuiſſe præſides, ut ſupra oſtendimus: nã & principes ſententiæ primi nominantur, loquuntur, ſubſcribunt, licet non præſides. De præſidatu Imperatoris jam ſæpiùs dictum.*

BELLARM. Imperator etiam Conſtantinus in hac Synodo interfuit cum nonnullis viris illuſtribus & præſedit, id eſt, primo loco ſedit, ſed non fuit ullo modo Iudex, aut formaliter præſes, nam nullam ſententiam tulit, & ultimus omnium ſubſcripſit, non definiens, ſed conſentiens.

IVNIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

IVNIVS. *Hoc quidem verum eſt : ſed non ſequitur ergò non fuiſse præſidem. Nam id etiam quodammodò in Concilijs proprium eſt ſummorũ Principum, ut ipſi quidem ſententiam non dicant, NISI VIDEATUR OPUS, ſed ordine ſolum & auctoritate cognitiones judiciaque moderentur & firment. Sic in rebus Eccleſiaſticis, præſertim ubi res inter ipſos Eccleſiaſticos agitur, & factiones ſubſunt, Princeps ſapientiſſimè ordine & auctoritate commodat, quum præſidatu fungitur, nec perruptis cancellis vocationum in definitionem rerum effunditur.*

BELLARM. Septimum Concilium eſt Nicænum II. in quo etiam ſine controverſia præſides fuerunt legati PAPÆ Adriani I. Petrus Archipresbyter, & Petrus Abbas ſancti Sabæ. Iſti enim primi nominantur & primi ſubſcribunt. Imperator nihil in hac Synodo egiſse legitur.

IVNIVS. *De Imperatore non plane verum eſt : nam ab ipſò Petronius Proconſul & alij aliquot Senatores ordinis & auctortatis cauſa interfuerunt. Inter Eccleſiaſticos verò Legati Rom. primam ſedem habuerunt, ſed Taraſius Conſtantinopolitanus præſidatum, qui de ſententia conſeſſus ipſi eſt attributus, prout Epiſcopi Siciliæ inſulæ primi monuerunt actione I. Declarant acta & literæ communes ad Imperatorem Conſtantinum & Irenen ſcriptæ à Taraſio & univerſa Synodo.*

BELLARM. Octavum Concilium eſt Conſtantinopolitanum IV. in quo etiam ſine controverſia legati Adriani *II.* præſederunt, videlicet, Donatus & Stephanus Epiſcopi & Marinus Diaconus; qui rogati in ipſa prima actione à Concilio ut oſtenderent literas Papæ, quibus daretur eis præſidentia, mox exhibuerunt literas Adriani.

IVNIVS. *Concedimus ſi rectè intelligatur: ſed præſidentia fuit eorum duplex: una primæ ſedis vel præſeſſionis loco Epiſcopi Rom. ordinaria: altera præſidatus ſive auctoritatis, quæ per communem electionem Synodi ordinis cauſa attribuitur ad modum actioni Synodali dandum extraordinaria. Non ſequitur autem ex particulari: ſi tum præfuit Epiſcopus Rom. Concilio toti, ergo ſemper præfuiſſe aut ſemper eum præeſſe oportere. Tum enim ſingularis cauſa fuit, ſciſma Orientalium : præſertim cum de Conſtantinopolitano Patriarcha judicium fieri oporteret.*

BELLARM. Imperator autem Baſilius adfuit quidem, ſed in

ſine Concilij apertè teſtatus eſt longâ oratione non eſſe ſuum, nec ullius hominis Laici, miſcere ſe Eccleſiaſticis judiciis, & tandem ſubſcripſit poſt omnes Patriarchas, non definiens, ſed ſuſcipiens & conſentiens, præfatus etiam antea ſe debuiſſe ſubſcribere poſt omnes Epiſcopos, ut olim fecerunt Conſtantinus, Theodoſius & Marianus: tamen ſe ſubſcripſiſſe immediatè poſt Patriarchas, quia tali eum honore afficere Epiſcopi voluerunt.

IUNIUS. *Hæc Baſilij Imperatoris pietatem ſimul & modeſtiam humanam oſtendunt: pietatem, quod Conſtantini, Theodoſij, Mariani & bonorum Impp exemplo,* non miſcuit ſe judiciis Eccleſiaſticis, *quia Chriſti ſolius ſunt, & per ſervos ejus enunciantur, ſed ea permiſit* religiosè piorum *Dei ſervorum conſeſſui: humanam verò modeſtiam, quod ita ſe ſubmiſit* facto, *& ſermone teſtatus eſt religionem animi ſui: qua religione profectò iniquum eſt (ut fit) viros Eccleſiaſticos abuti ad ambitionem ſuam.*

BELLARM. Brentius contendit in Vet. Teſtamento Principes ſive Reges præcipuos Iudices fuiſſe etiam in rebus ſpiritualibus: ut patet de Moſe, Ioſue, Davide, Salomone, Ezechia, Ioſia. Sed reſpondeo Moſen non ſolùm Principem, ſed etiam ſummum ſacerdotem fuiſſe: Ioſue autem Davidem, Salomonem & aliquos alios non ſolum Reges, ſed etiam Prophetas fuiſſe, quibus Deus quædam extraordinariè committebat, quæ ad Sacerdotes alioquin ex officio ſpectabant,

IUNIUS. De Moſe ſuprà dictum. *De Ioſue, Davide, Salomone hoc dictum negamus: aliorum ſi qui dicuntur, nomina velimus proferri: nullum ejuſmodi exemplum à me legi memini. Sed tamen diſtingui neceſſe eſt: nam in omni officio quædam ſunt communia, & quædam ſingularia, quæ ad ſacerdotes ex officio propriè ſpectant, ac ſingulariter ea negamus alijs commiſſa fuiſſe,* ex quo ordo fuit à Deo inſtitutus: *quæ verò communia, cur non æquè Rex aut Propheta ut Sacerdos fecerit?*

BELLARM. Hoc modo Salomon Rex amovit Abiathar à Sacerdotio, & conſtituit Sadoc pro eo: id enim fecit non ut Rex, ſed ut Propheta ex divina inſpiratione.

IUNIUS. *Atqui primum hic agitur de ijs, quæ ad Sacerdotes ſpectabant: aliud eſt ut Prophetam, aliud ut Sacerdotem agere. Secundò,*

quod

quod Salomon Abiatharem movit, non fecit ut Propheta aut Sacerdos, ſed officio Regio. Non eſt neſcius Bellarminus, id juris communis eſſe, ut reus ex malefacto ſortiatur Iudicem. Si in re ſacra peccaviſſet Abiathar, ad Sacerdotes pertinuiſſet cognitio illius: *ſed quia in Rempub. peccaverat, majeſtatemq; Regiam, civiliter, ac non Eccleſiaſticè, agi cum eo oportuit. Quid? nonné hoc etiam tempore Eccleſiaſtici homines, ſi quando rei majeſtatis minutæ comperti ſunt, legitimè à Magiſtratu Politico judicari ſolent? Salomon ergò & alij, ut Principes, judicaverunt civiliter, judiciaq; exercuerunt legitimè: non autem adminiſtrationem Eccleſiaſticam obiverunt.*

BELLARM. Dicunt etiam Reges eſſe cuſtodes Legis divinæ: ut dicitur Rom. 13. *Si malè egeris time: non n. ſine cauſa gladium portat:* ideoque Principum eſſe judicare de Lege Dei quomodò ſit ſervanda & punire tranſgreſſores: ſed reſpondeo Reges eſſe cuſtodes legis divinæ, non autem interpretes.

IVNIVS. *Diſtinguendum eſt: nam cùm lex rerum humanarum etiam, ac non divinarum ſit ſolùm, certè Reges ipſi interpretes etiam ſunt in rebus humanis ex officio ſuo, licet non* Eccleſiaſticâ *interpretatione, in ſacris verò ac divinis, quà ſunt Chriſtiani, ſunt etiam interpretes pro* communis vocationis *modo, ut privatè inſtituant ſuos; non ſunt autem publici interpretes ex vocationis* ſingularis *ipſorum jure.*

BELLARM. Objiciunt verba Auguſtini in breviculo, hæc nimirum: *Cum Catholici Epiſcopi & partis Donati, juſſu Imperatoris diſputando inter ſe geſtis apud Tribunum et Notarium Marcellinum cognitorem habitis, contuliſſent,* &c. & in fine breviculi aſſerit Marcellinum ut Iudicem ſententiam pro Catholicis tuliſſe contra Donatiſtas. Ad quod exemplum ex doctrina ipſius Auguſtini reſpondeo, collationem illam cum Donatiſtis extraordinariam & quadam neceſſitate ſuſceptam fuiſſe: cùm Pelagiani vellent opera Imperatoris cogere Catholicos ad collationem eo modo, quo antea Catholici coëgerant Donatiſtas, Auguſtinus reſpondit Catholicos eam collationem modo extraordinario cum Donatiſtis neceſſariò habuiſſe, eo quod illi totam Africam infeſtarent, nec poſſent aliter reprimi, vel ad Concilium cogi, niſi per temporales poteſtates, ut tunc factum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Iunius. *Ergo hac etiam ipſa reſponſione atteſtante, Magiſtratus* judicio communi *judicant de iis qui nolunt acquieſcere judicio Eccleſiæ* ſingulari. *Cur ergo in contrarium amplius diſputatur?*

Bellarm. Præterea Marcellini judicium, non fuit ſententia quæ totam Eccleſiam obligavit, ſed tantum repreſſit audaciã Donatiſtarum. Sententia enim ejus fuit Donatiſtas ita à Catholicis fuiſſe confutatos, ut nihil habuerint quod reſpondere poſſent. Sed hujuſmodi diſputationes nunquam in Eccleſia habitæ ſunt pro legitimis definitionibus, qualia ſunt decreta Conciliorum.

Iunius. *Nempe in rebus divinis definitio à ſolo Deo eſt per Scripturam ipſius, unde eſt privatis & publicis Magiſtratus & Sacerdotii Conciliorumq́ue definitionibus auctoritas.*

Bellarm. Adferunt etiam exemplum Theodoſii, qui juſſit ut ſinguli Principes variarum Religionum, id eſt, Catholici, Arriani, Eunomiani adferrent ad ſe ſcriptam formulam fidei ſuæ, quod cùm factum eſſet, Imperatorem impensè Deum oraſſe, ut animum ſuum dirigeret in vera fide eligenda, & tum demum lectis omnibus confeſsionibus ſolam Catholicam approbaſſe, & eam ſervari juſſiſſe. Socrat. lib. 5. cap. 10. Sozom. lib. 7. cap. 12. Reſpondeo Theodoſium non ſe feciſſe Iudicem ullo modo in cauſa fidei.

Iunius. *Hoc falſum: Nam Theodoſius certè* Iudicem *ſe fecit ſecundum Deum in cauſâ fidei, quum partes in ea videret conflictari, ne quis ipſum ab aliqua partium criminaretur rapi — Et judicem ſe fecit* hominum *in cauſâ fidei; non judicem fidei, id eſt, doctrinæ fidei ſimpliciter.*

Bellarm. At cùm non dubitaret de fide Catholica Theodoſius (tam ſtrenuus enim ejus erat ſectator, ut noluerit baptizari ab Epiſcopo Theſſalonicenſi, niſi prius intelligeret eum fidei eſſe Nicænæ) voluit tantùm hoc facere, ne videretur hæreticos inauditos ſine ratione *damnare.*

Iunius. *Omninò ergo damnavit: non damnavit autem* ſine judicio *& ratione certâ. Eſt autem alia ratio* judicii *in rebus fidei, ubi legitimè conſpirant Epiſcopi, alia ubi* ſciſmate *diſrupta & dilaceratæ ſunt Eccleſiæ.* Illud non eſt Imperatorum: *hoc verò ſi non fecerint, ut* ordine *malis publicis proſpiciant, communes Eccleſiæ perdunt atque Rempub.*

Idem Iunius ad controv. 5. lib. 1. cap. 3.

DE MINISTRORUM ORDINATIONE.

Scribit Bellarminus ordinationem & manuum impoſitionem ſemper Apoſtolis, ceteriſque Epiſcopis, nunquam verò plebi tribui; ſut Act. 6. ſoli Apoſtoli per manus impoſitionem Diaconos ordinarunt, &c. *Reſpondet Iunius in hunc modum:*

Hæc propoſitio falſa, niſi diſtinguatur commodè. Nam ordinationis ſive impoſitionis manuum duplex eſt ratio, una communis, particularis altera. Communis *eſt, qua homo abſolutè mancipatur miniſterio Chriſti & Eccleſiæ ejus, citra obligationem & vinculum particularis Eccleſiæ: atq; hæc eſt à Deo, aut etiam Eccleſia communiter: ſic Apoſtoli à Deo & Euangeliſtæ ab Eccleſia quoque vocati ſunt.* Particularis *eſt, quâ relatio particularis ad hanc aut illam Eccleſiam ordinatur cum obligatione: qua ratione etiam Paulus jam Apoſtolus, jamdiu Apoſtolatu functus, ordinatus fuit ad opus ad quod ipſum Dominus advocaverat. Act. 13. Huic autem particulari ſucceſſit ſingularis, qua ſinguli Miniſtri ſingularibus Eccleſijs obſtringuntur, ut poſteà Canone 6. Synodi 4. diligenter cautum: ubi priores illi ἀπολύτως ἢ ἀπολελυμένως χειροτονηθέντες, id eſt, abſolutè ordinati appellantur; poſteriores ἰδικῶς, id eſt, ſingulariter. Cùm autem omnes hoc tempore ex decreto illo Chalcedonenſis Concilij non communem ſolum, ſed ſingularem habeant ordinationem: in hac vero ſingulari ordinatione legitimum ſit Eccleſiam agere partes ſuas, quando Epiſcopus aut Presbyter non miniſterio ſoli abſolutè, ſed hujus aut illius Eccleſiæ ſingulariter ordinatur; profectò id legitimum eſt, ut quemadmodum in Miniſterio abſolutè per Epiſcopos, ita in miniſterio ἰδικῷ hujus aut illius Eccleſiæ per ipſam Eccleſiam ordinetur communi Eccleſiæ nomine. Atque hoc Eccleſia agit per ſuum presbyterium, tanquam ſi per ſe ageret. Nam ex omnibus membris conſtat Eccleſia ſimpliciter, ex ſuo Presbyterio conſtat repræſentativè, ut Bellarminus ipſe aliquoties dixit controverſ. 4. atq; hoc ſibi ſequentes loci omnes voluerunt. Diaconos enim ſuos ordinavit Eccleſia Hieroſolymis per Presbyterium; in quo & Apoſtoli: demonſtrat verò evi-*

dentiſſimè locus 1. Tim. 4: qui mox adducitur. Itaque Deus ordinat in Eccleſia communiter, Eccleſia verò ſecundum Deum communiter & ſingulariter pro vocationis cujuſque modo.

Ibidem Bellarminus addit 1. Timoth. 4. noli, *inquit Apoſtolus,* negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum Preſbyterii. *Quo loco Presbyterium Epiſcoporum cœtum ſignificat, vt teſtantur omnes fere interpretes, ac præſertim Græci, Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus:* Non de preſbyteris, *inquit Chryſoſtomus,* hîc loquitur, ſed de Epiſcopis, neque enim profectò presbyteri ipſum ordinârunt. *Reſp. Iunius: Datur interpretatio ſi rectè intelligas; ſed affectata hic latet homonymia. Presbyterium enim corpus repræſentativum totius Ecclesiæ dicitur: in quo erant duo presbyterorum genera; prius eorum qui attendebant ad gregem consilio & operâ ſolum, ſeq; interea ad alterum genus Presbyterij hoc quaſi βαθμῷ (vt Paulus vocat) comparabant; poſterius qui operabantur in verbo, vt ait idem Apoſtolus. Hi autem communiter ex Scripturæ uſu dicebantur Epiſcopi: ſed poſteà ex inſtitutionis humanæ uſu ij ſolum dicti fuerunt Epiſcopi, qui Presbyterio toti præfecti ſunt. Itaque pro eo quod Presbyterio duo erant βαθμοὶ, tertius ſingularis humana inſtitutione effectus eſt, quum unus aliquis de toto Presbyterio electus eſt, qui Presbyterio præficeretur. Totum autem hoc presbyterium olim ordinavit* actu, *poteſtate Dei & Ecclesiæ, Paſtores Ecclesiæ & Miniſtros verbi: ſoli verò Epiſcopi & Miniſtri verbi, ac non alij de Presbyterio, ordinaverunt* ritu. *Nominatim verò de ritu agit Apoſtolus, dicens:* quæ tibi data eſt per impoſitionem manuum Presbyterii. *Sic ordinat Deus per Ecclesiam, ordinat Ecclesia per Presbyterium, ordinat Presbyterium per Epiſcopos & Paſtores ſuos: ſinguli conferunt in unum quæ ſua ſunt. Eſt autem inconſequens in re communi argumentatio à positione unius ad remotionem atque negationem alterius hoc modo: Paulus impoſuit manus Tymotheo 2. Tim. 1. (vt poſt adducit Diſputator) non ergo Presbyterium impoſuit manus: aut hoc, Epiſcopi ordinaverunt Timotheum, non ergo Presbyterium ordinavit eum: aut illo denique Presbyterium ordinavit Timotheum, non ergò Eccleſia ordinavit eum. Subordinata enim (quod aiunt) non pugnant. Eadem quoque ratio eſt ſequentium. Conclusio itaque negatur* jure: *Neque vero priſci interpretes, ac præſertim Græci aliter ſenſerunt. Nam Chryſoſtomi verba (quæ*

ba (quæ Bellarminus mutilat) hæc ſunt 1. Tim. 5. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per prophetiam: doctrinam hic dicit (*in qua videlicet Timotheus fuerat inſtitutus*) cum impoſitione manuum Presbyterii: non de presbyteris hic dicit: ſed de Epiſcopis; neque enim profectò Presbyteri Epiſcopum ordinabant. *Duo ſunt conjuncta, ait Chryſoſtomus, doctrina & impoſitio manuum, ad eoſdem conjunctim pertinentia. Quorum eſt doctrina, eorundem eſt & impoſitio: non eſt autem doctrina omnium Presbyterorum, qui ſunt in Preſbyterio: nec omnium igitur* χειρῶν ἐπίθεσις. *Quorum eſt* προφητεία καὶ χειρῶν ἐπίθεσις, *doctrina & impoſitio manuum, ij ſunt Presbyteri vel Epiſcopi: quorum vero Presbyterorum non eſt doctrina & impoſitio manuũ, ij non ſunt Epiſcopi, ſed presbyteri ſolùm. Hæc manifeſta Chryſoſtomi ſententia, quum presbyteris opponit Epiſcopos, id eſt, presbyteros habentes auctoritatem doctrinæ tradendæ, & impoſitionis manuum. De Theodoreti interpretatione ſi quid amplius diſputator colligit, ſomniat. Eſt enim re cum Chryſoſtomo conſentiens, ſed verbis brevior. Oecumenius, ſi ad rei ſummam reſpexeris, non diſcedit ab eadem interpretatione; licet in quibuſdam ſingularibus voculis exponendis aliter ſapere videatur: Sic enim ille ad verbum:* Ne negligas donum quod in te eſt; id eſt, doctrinæ vel Epiſcopatus: nam Dei gratia eſt juvenem inveniri Epiſcopum. quod tibi datum eſt per prophetiam: ſpiritus enim inſtitutione fiebant Epiſcopi, ac non vulgariter. Eſt autem & hæc ſpecies prophetiæ, res præſentes dicere, ut illo loco, Separate mihi Barnabam & Paulum. Manuum Presbyterii. Presbyteros dicit Epiſcopos, neque enim Presbyteri fuiſſent impoſituri manus Epiſcopo. *Non plura Oecumenius: quibus verbis Latinis ex Græco bonâ fide factis, quid ille abeſt à Chryſoſtomo? Par etiam Theophylacti ratio dicentis:* Ne negligas donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam: doctrinæ donum hic intelligit, quod accepit Epiſcopus factus, per prophetiam, hoc eſt, imperante ſpiritu, ut ſuprà commemoratum eſt. Cum impoſitione manuum presbyterii, hoc eſt, Epiſcoporum: non enim presbyteri Epiſcopum ordinabant: Vide autem horrendum (pro eo quod eſt incredibile ſeu admirabile, Græca phraſi) quantum poſſit impoſitio ſacerdotalium manuum. *Profectò ex Theophylacto dicente de Sacerdotalium manuum impoſitione id omninò*

conſtat,

conſtat, Sacerdotes eſſe qui manus imponunt, quâ Sacerdotes ſunt, non autem quâ Epiſcopi. Epiſcopus autẽ ut ait Magiſter ſententiarum lib. 4. diſtinct. 24. non ordinis ſed dignitatis vel officij nomen eſt. Et paulò poſt ſcribit Iunius, quæ ſequuntur: Diſtinguenda ſunt tempora. Primo enim tempore dicebantur Epiſcopi, quicumque miniſtrabant Eccleſiæ ſalutis verbum Act. 20. & hujus Presbyterij erat impoſitio manuum 1. Timot. 4. Poſtea cum Epiſcopi humano ordine Presbyterijs præfuerunt, ordinationis inſtitutum fuit penes totum presbyterium; ſignum verò fuit penes Epiſcopum, id eſt, impoſitio manuum fiebat ab Epiſcopo ſolum nomine totius presbyterij, ut in corporibus & Collegijs partes ejuſmodi ſolent ijs, qui primi ſunt ordine, demandari. Fuit ergo Eccleſiæ, fuit presbyterij ordinare: ſed poſtea fuit Epiſcopi initiare ordinationis ritu, quum Presbyterium ei partes illas, ut Eccleſia ſuas Presbyterio, contuliſſet ex inſtitutione Eccleſiaſtica, non autem divina, ut Tertullianus & Hieronymus & Ambroſius docent. Tertull. lib. de baptiſmo Cap. 17. Dandi quidem, *inquit*, Baptiſmum habet jus ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus: de hinc Preſbyteri & Diaconi: non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem: *id eſt, propterea quod Eccleſiæ placuit honorem iſtum Epiſcopo tribuere, inſtitutione non Dei ſed ſua. Hieronymus diſertiſſimè aſſerit epiſt. ad Evagrium & in Tit. prout in Decreto Gratiani habentur Loci. Ambroſius in Epheſ. 4. item copioſiſſimè, itemque alij, quorum verba, quia fuſiora ſunt, omittimus. Quin & illud falſum eſt, ex quo Epiſcopus fuit in Eccleſia inſtitutus, ejus ſolius fuiſſe initiare ſacris Presbyteros & Diaconos in omnibus Eccleſiis. Nam in Ægypto, ipſo Ambroſij & Auguſtini tempore, fuit hæc actio penes Preſbyteros, ac non Epiſcopum ſolum. Ambroſius in Epheſ. 4.* Dinique apud Ægyptum Preſbyteri conſignant, ſi præſens non ſit Epiſcopus, *idq; pro ratione corporum & Collegiorum, ut* recedente uno, *inquit ibidem Ambroſius,* ſequens ei ſuccederet, *prout in Concilijs obſervatur. Auguſtinus vero lib. quæſtionum ex utroque Teſt. quæſt. 101.* Quid eſt enim, *inquit*, Epiſcopus, niſi primus Preſbyter, hoc eſt, ſummus Sacerdos? denique non aliter quam compreſbyteros hîc vocat & Conſacerdotes ſuos: nunquid & miniſtros condiaconos ſuos dicit Epiſcopus? non utique quia multò inferiores ſunt: & turpe eſt judicem dicere primicerium. Nam in Alexandria & per totam Ægyptum, ſi deſit Epiſcopus, conſecrat Preſbyter. *Adducit Bellarminus Concilium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

lium Martini Papæ apud Martinum Bracarenſem, cap. 2. decretorũ, ubi ſic ait legi: Denique non licet populo electionem facere eorum, qui ad ſacerdotium promoventur, ſed in judicio Epiſcoporum ſit. *Item*, inquit, *Concilium Nicænum II. can. 3. ſic habet:* Omnem electionem quæ fit à Magiſtratibus, Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, irritam manere. Oportet enim eum, qui eſt promovendus ad Epiſcopatum, ab Epiſcopis eligi. *Denique Concilium IV. Conſtantinopolitanum, quod eſt octavum generale can. 28.* Sancta, *inquit*, & univerſalis Synodus definit, neminem laicorum Principum, vel potentum ſemet inferre electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitani, aut cujuſlibet Epiſcopi, præſertim cùm nullam in talibus poteſtatem quemlibet potentium vel ceterorum laicorum habere conveniat, ſed potius ſilere, ac attendere ſibi, uſque quo regulariter à Collegio Eccleſiæ ſuſcipiat finẽ electio futuri Põtificis. *Ad hæc ſic reſpondet Iunius: Hæ reſtrictiones omnes habentur diſt. 63. in Decreto. Sunt autem omnes poſteriorum temporum, quorum auctoritatem abſolutè neceſſariam eſſe negamus, tum quia factionibus illa abundabant & ſciſmatis, tum quia gravibus errorum tenebris incipiebant caligare, adeo ut & ſtudio partium & ignorantiâ laberentur. Quis autem eorum temporum judicia & placita omnia pro ſanis habebit ſanus? De Martini I. decreto, fides penes Martinum Bracarenſem eſto, auctorem non uſque adeò fidum certumque. Veruntamen ut demus verùm eſſe, non dubium eſt, quin propterea fuerit à Martino & Eccleſijs Occidentalibus factum, quod Heraclius Conſtans Imp. gratia populi & ſua auctoritate fretus auderet Epiſcopos deſtituere & inſtituere ex animi ſui ſententia: hujuſmodi autem occaſiones Rom. Pontifices venati ſunt diligentiſſimè, ut ſuum imperium in Eccleſiam ſpecioſè confirmarent. Sed Martinum obnitentem Imperator tandem opera Theodori Exarchi comprehenſum exſilio mulctavit: adeò fervebant utrinque partes. Inde autem ab eo tempore, æſtuante factionibus Eccleſia, decreta ejuſmodi ultrò citroque injuſtè facta ſunt, Imperatoribus & populo Eccleſiam prementibus, Eccleſiaque viciſſim reluctante, ad Concilium Nicænum 2. uſque: cujus iniquitatem atque adeo ambarum partium πραξικοπίαν ſublaturi* Carolus magnus & Ludovicus *Filius ad primitivam electionum formam in ſuis capitularibus omnia revocârunt, ut habetur diſt. 63. c.* ſacrorum canonũ. *Ajunt enim:* Sacrorũ canonũ non ignari, ut Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiatur honore, aſſenſum

ordini Eccleſiaſtico præbemus: ut ſcilicet Epiſcopi per electionem cleri & populi ſecundum ſtatuta canonum de propria diœceſi (remota perſonarum & munerum acceptione) ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaque prodeſſe valeant. *Hæc Caroli Magni reformatio utroſque & clerum & populum atque in eo Magiſtratum, revocans ad æquabilem & juſtam priſcorum canonum obſervationem. Nec populi ſolius aut Magiſtratus eſt electio, quod Concilium 2. Nicænum negat, nec ſolius cleri, quod priſci canones: ſed conjunctim ad utroſque pertinet; ut capitulari Caroli & Ludovici prudenter cautum. Huic inſtitutioni piæ ſucceſſit veteratoria Adriani 2. qui cum illud pium & prudens capitulare in occidente commodè non poſſet convellere, eſt technam hanc commentus, ut in oriente ſubverteret Concilij univerſalis ſpecie ſanctum illum canonem, quo facto & Orientales Imperatores demerebatur ſibi velut ingreſſum in Occidentem factionibus paraturos, & in Eccleſiam totam ſuumque Imperatorem erat injurius. Fuit ergo, ſi de ſententia Bellarmini acceperis, injuſtus Canon etſi revera, cum penitius ad omnia ſine præjudicato animum advertimus, comperias nihil aliud iſtis omnibus probari, quam iſta duo. 1. non eſſe Laicorum, ut ſoli eligant; nec eſſe oportere. 2. ne Magiſtratus quidem ipſius aut potentiorum eſſe, ut ampliorē ſibi poteſtatem in electionibus Eccleſiaſticis arroget ubi omnia æquabilitate Chriſtiana ſuffragiorumque libertate (quam Chriſtus paravit mandavitque in regno ſuo) curari oporteat. Atque has quidem res nos etiam affirmamus eſſe æquiſſimas.*

Confeſſio Belgica Artic. 30.

Credimus veram hanc Eccleſiam debere regi ac gubernari Spirituali illa politia, quam nos Deus ipſe verbo ſuo edocuit: ita ut ſint in ea paſtores, ac miniſtri, qui purè & concionentur & Sacramenta adminiſtrent. Sint quoque Seniores & Dia-

et Diaconi, qui Eccleſiæ Senatum conſtituant, ut his veluti medijs vera religio conſervari, veraq; doctrina paßim retineri & propagari poßit: hominesque vitijs dediti Spiritualiter corripi & emendari, ac veluti fræno quodam diſciplinæ contineri: pauperes item et afflicti auxilio & conſolatione pro cujusque neceßitate ſublevari. Tunc enim ritè omnia & ordine fient in Eccleſia, quũ viri fideles ac pij ad ejus gubernationem deligentur, juxta D. Pauli præſcriptum, quod habetur 1. Tim. 3. & Tit. 1.

Art. 31.

Credimus Miniſtros, Seniores, & Diaconos debere ad functiones illas ſuas vocari & promoveri legitimâ Eccleſiæ electione, adhibita ad eam ſeria Dei invocatione, atque eo ordine & modo, qui nobis Dei verbo præſcribitur. Debent autem inprimis ſinguli cavere, ne illicitis medijs ſeſe ad hæc munia ingerant. Expectandũ eſt enim omnibus, donec à Deo ipſo vocentur, ut certum habeãt vocationis ſuæ teſtimonium, ſciantque eam eſſe à Domino. Cæterùm ubi ſint locorum Verbi Dei

Miniſtri, eandem illi atque æqualem omnes habent tum poteſtatem tum auctoritatem, ut qui ſint æquè omnes Chriſti unici illius Epiſcopi univerſalis & capitis Eccleſiæ Miniſtri.

REX MAGNÆ BRITANNIÆ.

in ſua Apologia pro Iuram. Fidel.

Etſi non diffido pium quemq́ et candidum Lectorem ſive meum in hac præfatione conſilium expendat, ubi de Puritanis *verba facio, ſive operis Epilogum, ubi Profeßionis meæ Principes compello, facilè judicaturum* Puritanorum *nomine nō alios intelligi, quam populares & ſubditos, qui ſub Imperio meo degentes, legum imperijs reluctari animis obſtinaverūt;* Eccleſias *autem apud exteros* Reformatas, *earumve regimen non deſignari: Ne tamen invidus quiſquam aut malevolus aliorſum atque ego ſentio verba mea interpretetur, hoc te paucis, benigne Lector, monitū volui; quicquid inibi de* Puritanis *dicitur, de ijs ſolis accipiendum, qui intra Ditionis meæ fines pervicaci ſe huic diſciplinæ tradiderunt.*

Errata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Errata typographica.

Pag. 12. notâ P. ſuſcepiſſes. ibid. in textu l. 7. poſt. quicquam pone ſignũ Q. pag. 13. not. x. l. 16. dele nõ. ibid. not. 2. pro præparatio l. præparatorio. pag. 19. not. 25. pro Ante l. An te. pag. 21. not. 26. l. ægerrime. pag. 23. not. 30. pro loco loco l. loco. p. 24. not. 32. pro albis l. actis. ibid. not. 34. l. obtinere. pag. 25. not. 41. l. ſimpliciter & ὁλῶς. pag. 27. not. 47. pro Quantum & l. Quantum etiam. ibid. pro reformatis l. reformatâ. ibid. not. 48. pro quidem l. quidam. ibid. l. Ezech. 13. 10. ibid. pro cum inepto tectoris l. eum inepto tectorio. ibid. l. Profectò, ſi. pag. 28. not. 51. l. quidem eo infenſiorem. pag. 29. not. 54. l. Præcipua. ibid. not. 55. pro præcepta l. prærepta. pag. 30. not. 56. l. querimonia. ibid. not. 57. l. potiſſima? pag. 34. pro univerſæ Sacræ l. univerſæ Scripturæ ſacræ. ibid. pro ſine l. fine. ibid. inculcunt, Vorſtiu, l. inculcant Vorſtius. pag. 33. not. 69. pro (ut quidem l. (& quidem. pag. 34. not. 72. pro quamplurimũ l. quamplurimo. pag. 38. not. 83. l. 28. pro juſſerunt l. juſſis. pag. 41. not. 84. 85. lin. 25. pro refigere. l. retegere. pag. 43. not. 88. l. ἀφθητήρια. ibid. not. 89. l. queritur. pag. 47. in not. lin. 28. l. παροξυσμός. pag. 48. not. 97. pro manus. l. manu. pag. 53. lin. 22. l. Presbyterio. pag. 57. not. 5. pro univerſitate l. univerſalitate. pag. 58. l. 7. l. deficiens. pag. 61. lin. 28. l. Maſſilienſium. pag. 63. l. 16. & quis ut trahatur, &c. uſque ad: editione. include parentheſi. pag. 64. lin. 17. l. paratam. pag. 65. lin. 13. pro claruit l. clament. ibid lin. 27. l. promanare. pag. 67. l. 17. l. Arauſicano. ibid. lin. 28. pro temporis l. teporis. pag. 68. l. 22. l. credulitatis. pag. 69. l. 18. l. agnoſcant. pag. 71. l. 26. pro *(probârit vel improbarit* pone*) probarit vel improbârit (pag. 72. l. 5. l. auſus; contemnere. ibid. l. 6. l. contraria non. pag. 75. l. 19.* pro *è l. à. pag. 76. l. 26.* pro *omnibus l. omnes. pag. 77. l. 1.* pro *vivificare l. invitare. ibid. l. 21 eſt l. quid, eſt. pag. 79. l. 7. l. Satanæ; ſuaſionem. pag. 80. l. 22. l. ipſius, ipſius, inquã. pag. 84. lin. 18. l. forinſecus. p. 85. l. 7.* pro *hoc erit l. hic erit. ibid. l. 13.* pro *ſic l. hic. pag. 88. l. 10. l. gratia viciſſitudinis. ibid. l. 27. l. Filij Dei & ſolitudo. pag. 89. l. 7.* pro *& l. ex. pag. 91. l. 7.* pro *aget l. agat. pag. 94. l. 7. l. reſtiterũt. pag. 96. l. 13. l. accedentes pag. 98. l. 18. l. gratia pag. 104. l. 6. l. operaretur. ibid. l. 15. l. enim hic ſemper. pag. 105. l. 4. l. ſimilia. I°. ſapiunt. pag. 106. l. 17. l. loquuntur. pag. 108. l. 24. l. prolocutus ibid. l. 25. pro exploravit l. exprobravit. pag. 110. l. 28.* pro *indicat l. judicat. pag. 111. l. 23. poſt præconiũ l. attentè. pag. 112. l. 25.* pro *nec*

 l. cum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

l. cum.pag. 114. l. 30. lege: trbuendo gratiæ Dei aliquid ſubtrahit poteſtati naturæ vel liberi arbitrij. Cum verò aliquid gratiæ Dei ſubtrahitur & naturæ tribuitur, &c. pag. 116. l. 20. pro ſed l. ſcis. ibid. l. 23. l. traducere. Publicus. ibid. l. 24. l. apoſtaſiæ. pag. 118. l. 5. l. duplicis ac diverſæ. ibid. l. 6. l. adoleſcente vel adultâ, pag. 123. l. 19. pro per l. poſt. pag. 131. l. 14. l. Monimum. ibid. l. 24. l. reſpondet. pag. 132. l. 15. l. præſcientia. ibid. l. 16. l. prævisione. pag. 133. l. 15. l. volendi. ibid. l. 16. l. regenito: de eo. ibid. l. 20. l. liberi. pag. 137. l. 24. pro Quare l. Quæro. pag. 142. l. 16. l. certum. pag. 143. l. 20. pro 24. l. 25. pag. 144. l. 21. l. erigens. pag. 145. l. 5. l. effectionem productionem. ibid. l. 22. l. perficere. Fides. ibid. l. 24 l. Rom. 1. 8. pag. 146. l. 12. pro 63. l. 83. ibid. l. 25. l. charitatem, naturæ eſt. pag. 147. l. 28. l. 1. Cor. 1. 23. pag. 148. l. 26. l. loquuntur. pag. 150. l. 25. pro his l. ſi. pag. 152. l. 21. pro hos l. hoc. pag. 164 l. 24. pro quâ l. quam. pag. 165. l. 1. l. Scriptura inquit. pag. 166. l. 7. l. προσωποληψία. ibid. l. 11. l. ποιεῖ. pag. 168. l. 21. l. prædeſtinatio. pag. 179. l. 22. pro eum l. eam. pag. 181. l. 30. l. Arminianiſmi. pag. 182. l. 8. poſt nimis l. (magis ſcilicet Ubi. ibid. l. 32. l. Novatores? pag. 185. l. 25. l. conſenſu introductæ. pag. 186. l. 15. l. diſſenſio. pag. 187. l. 15. l. obtinerent confeſſionis. ibid. l. 21. 22. l. deluſus eſt & excœcatus. Si quæ ſunt errata in textu Grotij, ea Lector ex editione Grotiana corrigat. In appendice Iunij ſeqq. corrige: pag. 192. l. 27. l. indicium. pag. 193. l. 23. pro agitaremus l. cogitaremus. pag. 194. l. 24. l. Fiat, pag. 201. l. 30. pro ex l. de. ibid. l. 31. l. confeſſu. pag. 205. l. 30. l. indictum. pag. 207. l. 4. l. diviſo. ibid. l. 7. l. κατά τι. pag. 210. l. 12. l. ex eſſe. pag. 211. l. 12. l. καταλόγου. pag. 212. l. 27. l. philomelienſi. pag. 213. l. 14. l. perveniſſent. pag. 220. l. 1. l. Conſiliarij. pag. 221. l. 29. pro eb l. ex: pag. 222. l. 23. l. in. ibid. l. 28. l. Deus. Iacob. pag. 224. l. 33. l. adduntur, ex facto ſunt, &c. pag. 225. l. 17. l. reſervavit. pag. 227. l. 17. pro eſt l. eſto. pag. 229. l. 20. l. Parmeniani. pag. 230. l. 11. l. abſtentos pag. 231. l. 4. l. eſſet & ad forum. ibid. l. 11. l. forũ. pag. 234. l. antepenult. poſt coërcens lege. vid. pag. 193. lin. 5. p. 202. l. 31. p. 254. l. 33. pag. 235. l. 16. dele Sed. ibid. l. 25. l. diſtringit pag. 236. l. 22. pro ſi vel l. vel ſi. pag. 237. l. 2. l. confutata. pag. 237. l. 9. paſtores ovibus. p. 238. l. 33. l. imperitè. p. 241. l. 14. l. oblegati. ibid. l. ſedis. pag. 242. l. 33. l. οἰκουμενικὴ p. 243. l. 19. l. defenſionem. p. 247. l. 20. l. προκαθεδρία. p. 252. l. 6. l. Martianus. p. 258. l. 25. l. Denique. In dedicatoria pag. 6. l. 15. l. videmus. p. 10. l. 4. l. meridiana. ibid. l. 24. l. injiciant. p. 13. l. 4. l. moderatioris. p. 16. l. 33. l. πυρὶ. p. 26. l. 29. pro ab hoc l. ad hoc.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
83 J 16